fol. 6. (*cont.*). habui et tenui in campis eiusdem ville, scilicet decem et octo acras et dimidiam terre arabilis quarum una acra iacet in quodam campo qui vocatur Bercheberewefeld, et quedam dimidia acra iacet in eodem campo et extendit se usque ad quoddam pratum quod vocatur le Oueremede, et dimidia acra iacet super quamdam terram que vocatur terra sancte Margarete, et quedam dimidia acra iacet in quadam cultura que vocatur Bithuenetheweis et due acre iacent continue apud la Berewe inter viam de Newenham et terram Radulfi Hendeman, et quedam dimidia acra iacet in Redefeld et extendit se ad quamdam viam que vocatur Chasterewye, et dimidia acra iacet in Thornforlongo iuxta terram preceptoris ibi ubi vocantur quinque dimidie acre preceptoris, et quedam acra continetur in quadam forera | que est super les Ouereredelondes, *fol.* 6*v*. et dimidia acra iacet in Ruchefortelondes, et tres dimidie acre iacent in les Nethere Redelondes, et quedam dimidia acra iacet in les Longelondes, et dimidia acra in veteri campo, et quedam dimidia acra apud Caldewelhoc, et dimidia acra apud Whetleswey iuxta duas acras preceptoris, et dimidia acra apud Suthulle super la Donne, et dimidia acra super Baldenhamemere, et dimidia acra apud Garshamestred, et quedam dimidia acra in le Smalereforlongo, et quedam dimidia acra est prope quamdam viam que vocatur Codeneshammeweye, et dimidia acra iacet super le Nortdoune et extendit se usque ad pasturam que vocatur le Munethemslese, et dimidia acra apud Picheleput, et dimidia acra super Swinemere, et dimidia acra super le Nethere Wynedehale, et dimidia acra super Peseeye, et dimidia acra super les Hangindelondes, et dimidia acra super Wethulle, et dimidia acra super le Middelforlongo iuxta quarreram, et dimidia acra super West Ruham, et quedam dimidia acra que se extendit usque ad stagnum monialium de Littlemor', et quedam dimidia acra et una roda iacent apud Derneford', et una roda apud Schortkurhulle. Dedi etiam et perpetuo quietum clamavi eisdem magistro et fratribus redditum et servicium Roberti de Ramesham filii mei que mihi facere solebat annuatim pro mesuagio quod de me tenuit in Saunford', et redditum et servicium Iohannis del Eschecker' quod mihi debuit annuatim pro una acra terre quam ipse tenuit de me in

eadem, habendum et tenendum eisdem magistro et fratribus et eorum successoribus predictum mesuagium cum omnibus suis pert., et totam terram prenotatam cum pratis et chevescis ad illam spectantibus et omnia prata que habui in dicta villa, una cum omnibus aysiamentis et libertatibus mihi in eadem villa racione tenementorum et terrarum que tenui spectantibus ut in pratis, pascuis, et pasturis, in viis et in semitis, in aquis et piscariis, in stagnis et molendinis, et in omnibus aliis locis ubi aliquam libertatem aut comunam habui aut habuisse debui, et cum toto iure et clameo quod in illis habui vel aliquo modo habere potui, et etiam cum toto iure et clameo quod in redditibus et serviciis predictorum Roberti et Iohannis seu heredum illorum, nichil michi vel heredibus meis inde reservando, sed predicti magister et fratres habeant et teneant omnia premissa, libere et quiete, bene, pacifice, et adeo pure, solute sicut aliqua elemosina melius, quietius aut purius dari poterit aut assignari. Ita quod ego nec heredes mei quicquam iuris vel clamii in illis exigere aut vendicare valeamus in perpetuum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho de Saunford'. *fol.* 6*v.* (*cont.*).

21.

Carta Iohannis de Scaccario.

c. 1240.

[O]mnibus etc. Iohannes de Scaccario de Baldindon'[2] salutem in domino. Noveritis me concessisse [etc.] Willelmo de Ramesham de Saunford' et heredibus suis totum ius meum et clameum quod habui vel habere potui vel in eternum habere potero in illis videlicet quinque acris terre cum pert. suis in territorio de Saunford' quas de tenemento suo aliquando tenui, pro quibus v. acris terre tria quarteria siliginis et unum quarterium ordei et unam robam usitatam de precio duorum solidorum eidem W. annuatim reddere solebam, habendas et tenendas dictas v. acras terre cum omnibus pert. suis predicto W. de Ramesham et heredibus suis libere, quiete, pacifice, integre, sine aliqua reclamacione mei vel heredum meorum ut predictum est in perpetuum. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho de Saunford'. *fol.* 6[1].

[1] This deed was added at foot of page, on fol 6. It is in the hand of the first scribe.

[2] Baldon, Oxon.

22.

c. 1150 *fol.* 6*v.* (*cont.*). [Robert of Sandford[1] grants 1 virgate in Sandford to Roger Bacon.]

[N]otum sit omnibus tam presentibus quam futuris me Robertum de Saunford' dedisse et concessisse, assensu et voluntate Iordani filii mei et Rogeri, unam virgatam terre in Saunford', illam scilicet Eadwini But, Rogero Bacon homini meo singulis annis pro xvi. denariis. Volo ergo et concedo ut illam teneat et heredes sui libere et quiete et solute ab omni servicio et consuetudine ad me pertinente. Hiis testibus, Rogero de Saunford',[2] Hugone filio Bernerii.

22B.

c. 1200. ? [Division of this virgate between two sisters.][3]

Pars unius sororis divisa est ista. Quedam dimidia acra iacet ex parte australi de la Berewe et etiam ex parte australi duarum dimidiarum acrarum que sibi fuerunt pares; dimidia acra super Connestowe versus boream; dimidia acra super le Donne que extendit se super Kudishamweye; dimidia acra super Baldinhamere; dimidia acra super Baulond'; dimidia acra super Lemyslosne; dimidia acra apud Hachull ex parte boreali; dimidia acra super Redelond versus boream; dimidia acra super Peseye; dimidia acra super Hangindelong; dimidia acra apud Wynindale versus occidentem et dimidia acra extendit se super Kudishamweye.

Pars unius sororis est ista. Dimidia acra iacet ex parte australi le Berewe medio loco inter duas dimidias acras sibi pares; dimidia acra super Tounestowe versus australem; dimidia acra super Redeforlong' versus austrum; dimidia acra super Suthhalle; dimidia acra super Foulmere versus austrum; dimidia acra super culturam que vocatur Eyteakir versus orientem; dimidia acra super Hochull versus austrum; dimidia acra super Redelong versus austrum; dimidia acra super

[1] See p. 16 *supra*, note 6.
[2] *Ibid.*, note 5.
[3] On two slips of parchment in contemporary hand, between fols. 6 and 7.

Rieham versus orientem ; dimidia acra apud Derneford' versus orientem ; dimidia acra super Wynindale versus orientem ; dimidia acra que extendit se super moram versus orientem.

23.

Quietum clamacio Cristiane Bacun de tota illa terra quam Gonnilda[1] mater sua dedit. *c.* 1240. *fol.* 7.

[O]mnibus etc. Cristiana Bacun salutem in domino. Noverit universitas vestra me in ligia et plena viduitate et potestate mea pro me et heredibus meis et assignatis meis dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, totum ius meum et clameum quod habui vel habere potui vel etiam quod habeo vel aliquatenus habere potero in tota illa terra cum omnibus suis pert. quam Gonnilda Bacon mater mea quondam tenuit in villa de Saunford', habendam et tenendam terram predictam cum omnibus suis pert. predictis magistro et fratribus milicie Templi, ita libere et quiete sicut aliqua elemosina alicui domui religionis liberius, plenius et melius dari poterit vel conferri imperpetuum, et quod ego Cristiana nec heredes mei nec assignati mei nec aliquis alius pro me vel nomine meo nunquam decetero ius nec clameum in tota predicta terra cum omnibus suis pert. exigere poterimus vel clamare. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron, Iohanne Dru.

24.

Carta eiusdem de una acra et dimidia. *c.* 1240.

[U]niversis etc. Cristiana Bakun salutem in domino. Noverit universitas vestra me in ligia viduitate mea et potestate pro me et heredibus meis et assignatis meis imperpetuum dedisse [etc.] magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum unam acram terre arabilis et dimidiam iacentes in campis

[1] Daughter of William and Matilda Bacon. See No. 48 *infra*, p. 41.

fol. 7 (cont.). de Saunford' quas Gonnilda Bakun mater mea mihi quondam dedit in sua ligia potestate et incartavit, quarum una dimidia acra iacet in ye Hangindelonde inter terram Thome Bussel et terram Willelmi de Ramesham, et abuttat ad caput australe into Wetelefweye ; et alia dicta acra iacet in Chestreweyesforlongo inter terram que fuit Iohannis prepositi et terram Iohannis Bakun, et abuttat ad caput occidentale in Chestreweye ; et alia dimidia acra iacet in Medforlongo inter terram Roberti le Akermon et Hugonis Sebrith, et abuttat ad caput occidentale ad pratum, habendam et tenendam predictam acram terre et dimidiam cum omnibus suis pert. predictis magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia et eorum successoribus adeo libere et quiete, solute, integre, plene, bene, et pacifice imperpetuum sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo liberius, purius, plenius seu melius dari poterit vel conferri. |
fol. 7v. Et ego [etc. warranty] Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron.

25.

Between 1266 *and* 1274. Carta Priorisse de Littlemor'.

[O]mnibus etc. Amabilia de Saunford'[1] dei gracia priorissa de Littlemor', ecclesie conventualis sancti Nicholai de Littlemor' et eiusdem loci conventus, salutem eternam in domino. Noveritis nos de communi consensu et assensu capituli nostri de Littlemor' concessisse [etc.] deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas selliones terre nostre in villa de Saunford', illas videlicet quas Henricus Kide de nobis aliquando tenuit ad firmam, iacentes in longitudine inter gardinum dictorum magistri et fratrum versus occidentalem et terram quondam Walteri Froggepitte versus orientem, extendentes se a rivulo de cur[r]ente a molendino dictarum monialium versus aquilonem et magnam viam de Saunford' versus australem. Preterea concessimus et dedimus et presentis scripti patrocinio confirmavimus dictis magistro et fratribus et eorum successoribus unam foveam terre nostre in villa de Saunford' de latitudine sexdecim

[1] Elected prioress 1266, died 1274. (V.C.H. *Oxfordshire* II, 77).

pedum regalium extendentem se a sepe et fovea Radulfi Wastehuse de Saunford' versus orientem per medium toftum quondam Walteri Froggepitte usque ad dictas duas selliones quas Henricus Kide aliquando de nobis tenuit ad firmam versus occidentem, habendas et tenendas dictas duas selliones terre una cum fovea prenotata dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, integre sicut ulla elemosina alicui domui religionis melius et liberius conferri potest. Et nos predicta Amabilia priorissa [etc. warranty]. Proc hac autem concessione, donacione et confirmacione nostra dederunt dicti magister et fratres milicie Templi nobis et successoribus nostris quinque rodas terre sue in consimilem elemosinam, extendentes se in longitudine a via regali que vocatur Wetillesweye usque ad Middelforlong' prout per cartam dictorum magistri et fratrum nobis super hoc concessam liquare potest. Ut ista [etc. sealing]. Hiis testibus, G. de Luekenor'[1] tunc temporis senescallo de Walingford', R. rectore ecclesie de Baldindon'. *fol. 7v. (cont.).*

26.

Carta eiusdem de quodam tenemento. *c.* **1277.**

[O]mnibus etc. Matilda de Glovernia[2] permissione divina priorissa ecclesie conventualis sancti Nicholai de Littlemor' et eiusdem loci conventus salutem eternam in domino. Noveritis nos de communi consensu et assensu tocius capituli nostri de Littlemor' dedisse [etc.] deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi in Anglia totum illud tenementum quod Matilda de Froggepitte tenuit de nobis in Saunford', videlicet totum illud | tenementum quod habuimus in Saunford' extra *fol. 8.* cimiterium nostrum, inter curiam Templariorum in Saunford' et gardinum Radulfi de Saunford', salvis nobis mesuagio capellani nostri de Saunford' et quadam domo quam Pimma et Maydekin de nobis tenent ibidem, habendum et tenendum totum tenementum predictum, salvis nobis ut predictum est duobus mesuagiis, predictis magistro

[1] Geoffrey de Lewknor, a justice in the reign of Edward I. (*Hundred Rolls* II. pp. 749–50, 820). And see *infra*, pp. 123 note 4 and 166 note 1.

[2] Elected 1277, died 1293. (V.C.H. *Oxfordshire* II, 77).

fol. 8 (*cont.*). et fratribus et eorum successoribus de nobis et successoribus nostris, libere, quiete, integre, plenarie et pacifice, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris predicti magister et fratres seu eorum successores apud Saunford' sex solidos et octo denarios, ad duos anni terminos, videlicet ad festum beate Marie in Marcio tres solidos et quatuor denarios et ad festum sancti Michaelis tres solidos et quatuor denarios pro omnimodis secularibus serviciis, tam scilicet curiarum sectis quam aliis quibuscumque demandis. Et nos [etc. warranty]. Ut ista [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Fulcone de Ruycote.

27.

1270–1272. Carta Hugonis de Plecy[1] de libertate.

[O]mnibus etc. Hugo de Plecy et Isabella[2] uxor sua salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra nos pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum et successorum nostrorum concessisse [etc.] in liberam, puram et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi in Anglia et eorum successoribus totum ius et clameum seu calumpniam quod habuimus vel aliquo modo inposterum habere poterimus in terris et tenementis et possessionibus quibuscumque dictorum magistri et fratrum infra limites hundredi de Bolenden',[3] de Saunford' et Horsepathes, de dominicis suis et eorum villanis ut de sectis et serviciis ad dictam hundredum de Bolenden' et de omnibus transgressionibus de wayf et universis assisis fractis, de hidagio et visu franci plegii, de huthesio et sanguinis effusione, et de omnibus exaccionibus, fatigacionibus et demandis que ad regiam pertinent potestatem, et que a nobis seu heredibus nostris aliquo casu interveniente racione carte nostre domini regis de manerio de Hedindon'[4] et suis pert. inposterum exigi possunt seu calumpniari

[1] Hugh de Plessis or Plessitis, son of John de Plessitis. See p. 6 *supra*, note 1.

[2] Daughter and co-heir of Alice, youngest daughter of Thomas and Philippa Basset, of Headington.

[3] Bullingdon Hundred.

[4] Hugh de Plessis became sole lord of the manor of Headington, c. 1270, in right of his wife, Isabella, heiress of Philippa Basset.

sine aliquo retenemento, habendos et tenendos dictis *fol.* 8
magistro et fratribus et eorum successoribus omnes (*cont.*).
exacciones et consuetudines et libertates et omnia alia servicia supradicta, et omnes alias libertates que in hoc scripto non comprehenduntur, ut de dominicis suis et eorum villanis sicut predictum est cum omnibus libertatibus et liberis articulis infra cartam[1] Templi domini regis concessis et contentis, libere, quiete, integre, absolute, bene, et in pace, ita quod nec ego Hugo de Plecy nec Isabella uxor mea nec heredes nostri nec assignati nec aliquis per nos vel pro nobis seu racione nostrorum ius vel clameum seu calumpniam, servicia, demandas, aut transgressionum emendaciones seu consuetudines aliquas in dictis maneriis de Saunford' [et] Horsepathes, ut predictum est, decetero exigere poterimus seu calump | niari. *fol.* 8*v.*
Et nos predicti Hugo et Isabella, [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Fulcone de Ruycote, tunc senescallo illustris regis Alemannie,[2] domino G. de Kirkeby.[3]

28.

Recepcio terrarum Iohannis de Monfichet in Hibernia ad feodi firmam. *c.* 1186.

[U]niversis etc. frater Guarnerus[4] humilis magister fratrum milicie Templi tocius Hibernie salutem in domino. Noverit universitas vestra nos de communi assensu et consensu fratrum nostrorum tocius Hibernie recepisse in feodifirma totam terram Iohannis de Monfichet in Hibernia, scilicet terram suam de Kareggenard' iuxta Waterford' et terram suam de Karengnor, reddendo de predicta terra predicto J. de Monfichet et heredibus suis annuatim ad Pentecosten apud Lond' ad scaccarium nostrum quinque marcas argenti pro omni servicio, salvo servicio domini regis, scilicet duo paria cirothecarum de

[1] A general royal charter 'de libertate et iusticia' was granted to the Order by Richard I, and was confirmed by John, Henry III and Edward I. (See *Templar Records*, pp. 139 and 140).

[2] Richard of Cornwall, elected January 1257, died April 1272.

[3] Sheriff of Oxon, and Berks, 1272–1274.

[4] Master of the Temple in Ireland, *c.* 1186, in list given by H. Wood, *The Templars in Ireland* (Proceedings of the Royal Irish Academy, Vol. xxvi), p. 333.

fol. 8*v.* (*cont.*). agnis ad festum sancti Michaelis solvenda. Et predictus J. de Monfichet et heredes sui warantizabunt predictam terram nobis et fratribus domus milicie Templi et successoribus nostris contra omnes homines et omnes feminas. Hiis testibus, domino Iohanne Marescallo, Roberto de Breybof.

29.

Probably c. **1260.** [William de Monfichet grants a rent to William de Suenebrok'.]

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Monfichet dedi [etc.] Willelmo de Suenebrok' rectori ecclesie de Woletone pro servicio suo et pro quadraginta marcis sterlingorum quas michi dedit premanibus, quinque marcas sterlingorum annui redditus percipiendas in Novo Templo Lond'[1] singulis annis ad festum Pentecostes de fratribus Templariis provenientes de quadam terra in Hibernia quam Baliman Cutel aliquando tenuit apud Calcanorde et Calcangorde in comitatu Waterfordie, habendas et tenendas predictas quinque marcas annui redditus eidem Willelmo et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis vel meis assignatis, libere, quiete, integre, iure hereditario et pacifice in perpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel meis assignatis ipse et heredes sui vel sui assignati unum
fol. 9. clavum gariofili' ad Pentecosten | pro omnibus serviciis, consuetudinibus, secularibus exaccionibus et demandis. Eg ego [etc. warranty]. In cuius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Petro de Coudray,[2] Herberto Pecche.

30.

Between **1154** *and* **1159.**[3] [Roger de Langeleye and Iordan of Sandford grant the homage of Walter Druet.]

[D]ominis ac fratribus de Templo Salomonis Rogerus de

[1] The New Temple, on the Fleet, was built c. 1160 : it was always referred to as such, to distinguish it from the Old Temple in Holborn, sold to the bishop of Lincoln in 1161. (See *Registrum Antiquissimum*, ii, 15, and *Templar Records*, p. liii.) (Lincoln Record Society, 1933).

[2] He succeeded his father Fulk in 1251, at the age of c. 15 (*Cal. Inq. P.M.*, p. 57, and see *Boarstall Cart.* (O.H.S. 1930) p. 56.)

[3] Jordan's father, Robert, was dead by 1154, and William Boterel, who confirms this deed, died c. 1159. See *supra* p. 16, note 6 and *infra* p. 29, note 2.

Langeleye et Iordanus filius eius in Christo salutem. Sciant [etc.] quod Rogerus de Langeleye et Iordanus filius eius de Saunford'[1] dederunt unum purpris qui fuit Sewini deo et ad Templum Salomonis imperpetuum, et hoc est de feodo Walteri Druet quod de me tenet et de filio meo, sed tamen sic ut servicium et rectitudines non perdamus de aliis terris quas de nobis tenet, et precamur dominis de Templo ut a modo manuteneant Walterum Druet et filios suos ut homines illorum et xii. den. dabit dominis de Templo W. Druet unoquoque anno pro servicio supradicti purpris. Valete in Christo. *fol.* 9 (*cont.*).

31.

[William Boterel confirms the homage of Walter Druet.] *Between* 1154 *and* 1159.

[W]illelmus Boterel[2] omnibus fratribus de Templo Salomonis in Christo salutem. Sciatur quod ego concedo vobis hominium de Waltero Druet et de filiis suis et duas acras quas de me tenuit et rentas quas mihi dedit, scilicet vi. denarios vobis do pro anima patris mei, et precor vos ut illum et filios suos manuteneatis pro dei amore et nostri et illos suscipite benigne ut homines vestri. Hiis testibus, Riolfo de Sayson.

32.

Newham.[3]

Carta Willelmi de Huntercumbe[4] de quatuor acris terre facta Stephano fratri suo. *c.* 1219. *fol.* 11*v.*[5]

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Huntercumbe dedi et hac presenti carta mea confirmavi Stephano fratri meo pro homagio et servicio suo quatuor acras terre mee in territorio de Newenham, scilicet extra fossatum de Grimisdic inter terram meam et terram Willelmi Morin,[6] tenendas et habendas sibi et heredibus suis imperpetuum de me et heredibus meis, libere et quiete ab omni servicio

[1] 'Filius' may mean son-in-law or stepson. See p. 28, note 3, *supra*.

[2] He was constable of Wallingford, ob. *c.* 1159. (*Chron. de Abingdon*, ii., p. 231.)

[3] Nuneham Murren, near Wallingford ; written in red at top of folio 11v.

[4] Huntercombe, in parish of Tuffield (alias Nuffield), Oxon. William de Huntercombe died in 1240. (*C.C.R.*, p. 205).

[5] Fols. 9v.–11 are blank, but ruled.

[6] William Morin was dead by 1222. (Excerpt. e rot. fin. I. 88).

fol. 11*v.* (*cont.*). quod ad me vel heredes meos pertinet, pro sex denariis annuatim, scilicet ad festum beate Marie in Marcio iii.d. et ad festum beati Michaelis iii.d., salvo servicio domini regis quantum pertinet ad quatuor acras terre. Sciendum est vero quod terra dicti Stephani tendit usque ad fundum fossati de Grimisdic. Hiis testibus, Iohanne vicario de Thaufeld',[1] Hugone Morin, Willelmo Morin, Ricardo Bertram, Willelmo Bertram, Symone de la Dene, Willelmo de la Wiche, Cristiano de Theufeld' et aliis.

33.

c. 1219. Carta Stephani de Huntercumbe de quatuor acris terre. Item et vii. acrorum que habuit de dono W. Morin.[2]

[U]niversis etc. Stephanus de Huntercumbe salutem in domino. Sciat universitas vestra me pro salute anime mee et pro animabus omnium antecessorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis Ierusalem quatuor acras terre quas habui de dono Willelmi de Huntercumbe fratris mei que iacent extra fossatum de Grimisdic inter terram W. fratris mei et terram Willelmi Morin et Wueluerinescrofte cum suis pert. Preterea ego Stephanus do et concedo eisdem fratribus Templi vii. acras terre quas dedit mihi Willelmus Morin pro homagio et servicio meo ; iste vero acre iacent inter Smeyeley et illas iii. acras quas Willelmus de la Heye tenuit aliquando de Willelmo Morin. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Foliot, Ricardo de Parko, Roberto Pipard', Roberto de Brithewell', Iacobo de Cardonuill', Roberto Morgan, Henrico filio Iocei de le Uwelm', Ricardo le Frankel' de Esindon' et aliis.

34.

c. 1219. [William Morin[2] grants 7 acres to Stephen of Huntercombe.]

[S]ciant etc. quod ego Willelmus Morin dedi et concessi [etc.] Stephano fratri Willelmi de Huntercumbe pro

[1] Tuffield, alias Nuffield. John was placed in charge of this vicarage by the prioress and convent of Goring, *c.* 1215 (*Rot. Hugonis de Welles* (Lincoln Record Soc. 1912). I, 15).

[2] See p. 29 *supra*, note 6.

homagio et servicio suo vii. acras terre mee, illas scilicet que iacent inter Smeyeleye et illas tres acras quas Willelmus de la Heye tenuit de me, habendas et tenendas sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio et consuetudine ad me vel ad heredes meos pertinente, salvo regio servicio quantum pertinet ad octavam partem unius virgate terre, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vi.d, scilicet tres d. ad festum sancte Marie in Marcio et iii.d. ad festum sancti Michaelis. Pro hac vero donacione et concessione prefatus Stephanus dedit mihi in gersumma xvi. solidos et Cristiane uxori mee vi. d. Sciendum est [etc. warranty]. Hiis testibus, Roberto Pipard, Willelmo Wace, Willelmo Basseth, Iohanne vicario de Theufeld', Willelmo de Huntercumbe, Ricardo Bertram, Willelmo de la Wika, Symone de la Dene. *fol.* 11*v.* (*cont.*).

35.

Confirmacio Willelmi Morin de dono Stephani de Huntercumbe. *c.* 1219.

[O]mnibus etc. Willelmo Morin salutem in domino. Sciat universitas vestra me pro salute anime mee et pro animabus omnium parentum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam terram quam Stephanus de Huntercumbe tenuit de me in villa de Neuenhame, videlicet illam placeam terre cum suis pert. que iacet inter Smeyeleye et illas tres acras terre quas Willelmus de la Hethe tenuit de me, habendam et tenendam prefatis fratribus Templi in liberam et puram et perpetuam elemosinam | de me et heredibus meis imperpetuum, libere, quiete, pacifice et integre, sine omni molestia et perturbacione mei vel heredum meorum vel alicuius alterius per suggestionem nostram. Et ego [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Ricardo de Parco, Ricardo Piron, Willelmo Wace, Roberto Pip[ard], Willelmo Basseth, Iacobo de Cardeuile, Radulpho clerico tunc temporis apud Couele et aliis, *fol.* 12.

36.

c. 1219. *fol.* 12 (*cont.*). Confirmacio W. de Huntercumbe de dono quatuor acrarum quod Stephanus frater eius fecit Templo.

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Huntercumbe pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium consanguineorum meorum dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis quatuor acras que fuerunt terre mee in territorio de Neuham' extra fossatum de Grimisdic que iacent inter terram meam et terram Willelmi Morin quas Stephanus frater meus tenuit de me aliquando et quamdam terram in Crowemers[1] que vocatur Wluerunescroft cum pert. suis quas habui de dono Cristiani filii Vincencii de Theufeld', cuius una pars tendit versus vicum regalem et aliam [*sic*] versus Gangueluesden', quam Stephanus frater meus tenuit de me cum terra memorata. Preterea ego dictus Willelmus do et confirmo prefatis fratribus Templi unum mesuagium de dominico meo in campo qui vocatur Aputte ex occidentali parte domus Willelmi de la Heye, cuius una pars tendit versus orientem et reliqua versus occidentem et habet in se in longitudine ix. perticatas terre versus maram que dicitur Aputte ; istud mesuagium continet in se in latitudine in capite versus orientem v. particatas et dimidiam, in alio capite versus occidentem habet in se latitudinem trium particarum et dimidie. Hanc autem donacionem terrarum predictarum do et confirmo fratribus Templi, habendam et tenendam sibi de me et heredibus imperpetuum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, libere, pacifice et integre. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Folioth, Roberto Pipard, Willelmo Wace, Willelmo Morin, Ricardo Bertram, Roberto Morgan, Waltero Curterrell', Ricardo Restewold, et aliis.

37.

c. 1219. Confirmacio eiusdem terre.

[S]ciant etc. quod ego Cristianus filius Vincencii de Thoufeld' do [etc.] deo et beate Marie et fratribus Templi

[1] Crowmarsh Gifford, Oxon.

Salomonis terram illam in Croumerse que vocatur Wluerunescrofte quam scilicet terram Willelmus de Huntercumbe tenuit de me aliquando, habendam et tenendam eisdem fratribus Templi de me et heredibus meis in liberam et perpetuam elemosinam cum omni securitate ea pace, absque omni dolositate et perturbacionis malicit mei et heredum meorum. Et ut fratres Templi prenominati habeant omnem securitatem de me et heredibus meis in posterum [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Ricardo de Parco, Ricardo Piron, Willelmo Wace. *fol.* 12 (*cont.*).

38.

[William of Huntercombe grants a croft to Stephen his brother.] *Before* 1219.

[S]ciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Huntercumba dedi [etc.] Stephano de Huntercumba fratri meo pro homagio et servicio suo croftam quam | habui *fol.* 12*v.* de dono Cristiani de Thofeld' cum pert., que vocatur Wluereunescroft cuius una pars tendit versus vicum regalem et reliqua versus Ganguluesden', habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et suis heredibus imperpetuum, libere et quiete, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum denarium et unum par cirothecarum die Pasche pro omni servicio, salvo servicio regali quantum pertinet ad sextam decimam partem unius virgate terre. Ego autem [etc. warranty]. Hiis testibus, Willelmo Basset,[1] Gaufrido Marmion et aliis.

39.

Couele[2]

Feofamentum M. regine de manerio de Couele.[3] Jan. 1139.

[M.] dei gracia regina[5] Anglorum archiepiscopis etc. salutem. Sciatis me dedisse [etc.] deo et fratribus milicie Templi Ierusalem pro anima comitis Eustachii[6] patris *fol.* 14.[4]

[1] Lord of Sapcote, justice in eyre in 1175, grandson of Ralph Basset, Henry I's, justiciar.

[2] Temple Cowley, near Oxford ; written in red at top of folio.

[3] Printed : (*a*) *Dugdale* VI, ii, p. 843 ; (*b*) *D' Albon*, No. 179, p. 123 ; (*c*) *Templar Records*, p. 176, and see H. E. Salter in *E.H.R.* XXV, 114 (1910), for the date.

[4] The rest of fol. 12v. and fols. 13 and 13v. are blank, but ruled.

[5] Matilda wife of King Stephen.

[6] Count of Boulogne, ob. 1125.

fol. 14 (*cont.*). mei totam terram meam de Couel' cum omnibus pert. suis in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et domini Stephani regis Anglorum mariti mei et puerorum meorum et antecessorum et successorum meorum. Quare volo et firmiter precipio quod prefati fratres milites Templi predictam terram cum omnibus pert. suis in omnibus rebus habeant et teneant libere et pacifice et honorifice et quiete absque omni exaccione, consuetudine et servicio seculari imperpetuum. Testibus, Milone de Glocestria, Humfrido de Boun, Roberto Marmyun, Elya Giffard, Mauricio de Wyndleshor', Roberto Auenel, Milone Basseth, Ayllardo filio Flandrensis, Roberto Musard, apud Rading'.

40.

Jan. 1139. Confirmacio regis Stephani de Couele et quod habeant aysiamenta in foresta sine vendicione.[1]

Stephanus dei gracia rex Anglorum archiepiscopis etc. salutem. Sciatis quod dedi [etc.] in perpetuam elemosinam totam terram meam de Couele cum omnibus pert. suis integre deo et sancte Marie et fratribus militibus de Templo Ierusalem pro salute anime mee et Matilde regine uxoris mee et omnium antecessorum et successorum meorum. Et preterea do eis et concedo ut habeant aysiamenta et necessaria in foresta mea[2] sine vendicione ad domos suas dominicas et ad alia agenda sua, et hoc per visum servientis qui boscum meum custodiet. Quare volo et firmiter precipio quod ipsi fratres milites Templi pernominati terram de Couele cum omnibus pert. suis in omnibus rebus habeant et teneant liberam, solutam et quietam ab omnibus exaccionibus, consuetudinibus et serviciis secularibus in perpetuum. Testibus, Roberto Marmyon, Ricardo de Lucy, Henrico Tracy, Aylardo Flandrensi, Roberto Auenel, Willelmo de Ipra, Willelmo Martel, Milone Basseth, Reginaldo Windr', Mauricio de Windr', Elya Giffard. Apud Reding'.

[1] Printed : (*a*) *Dugdale*, VI. ii, p. 842 ; (*b*) *D' Albon*, No. 178, p. 122 ; (*c*) *Templar Records*, p. 177, and see *E.H.R.*, xxv, 114 (1910) for the date.

[2] Shotover forest.

Dei gra Cantuar. Lincolnie. Lichefeldie. ad salutem. Cum me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Gilonis de Conelt de quinque de Conelt

Universis Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Confirmatio Dei et Sancti Petri de Conelt ecclesiae Westmonasterii de terra de Conelt

Universis Dei gratia Lincolniensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Cicestrensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Lincolniensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Cicestrensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Lincolniensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Lichefeldie episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Lincolniensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Cicestrensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

Universis Dei gratia Lincolniensis episcopus et Salutem. Sciatis quod dedi et concessi et hac carta mea presenti confirmavi ecclesiae Dei et beati Petri de Westmonasterio pro anima domini Eustachii patris mei totam illam terram de Conelt cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis et omnibus aliis locis pro salute animae meae et domini Eustachii fratris mei et predecessorum meorum et successorum meorum. Ego vero Gilo et filius eius Papio per fidem et iniquitatem Deo et sancto Petro omnibus pertinentiis habeant et teneant libere pacifice et honorifice et quiete ab omni exactione consuetudine et servitio secularis imperii. Testes sunt Willelmus de Gloecestre. Humfridus de Bohun. Gilo de Cayrmoun. Elias Giffard. Galterus de Gondeleshov. Gilo Lucerni. Willelmus Basset. Willelmus filius Plandrens. Gilo Lucerni apud Gadinge.

Carta Dei et Sancti Petri de Conelt

41

Carta regis S. de Couele.[1] 1139–1154.[2]

[S]tephanus rex Anglorum iusticiariis, vicecomitibus et baronibus etc. de Oxeneford' salutem. Precipio quod fratres milites Templi Ierusalem habeant terram suam de Couele bene et in pace, solutam et quietam de schiris et hundedis et placitis et querelis et omnibus aliis rebus excepto murdro et latrocinio, sicut umquam terra illa melius fuit quieta tempore comitis et [*sic*] Eustachii[3] et meo tempore postea dum fui comes Moritonii,[4] et preterea hoc concedo et do eis ut habeant necessaria in bosco meo sine vendicione ad domos suas dominicas et ad alia agenda sua, et hoc habeant per visum servientis qui boscum meum custodiet. Teste, W. Martel apud Hertford'. *fol.* 14 (*cont.*).

42.

Carta Regis S.[5] Sept.–Dec. 1142.[6]

[S]tephanus rex Anglorum iusticiariis etc. salutem. Sciatis me dedisse et concessisse deo et militibus de Templo brocham de Schotouer' sicut semita extenditur a mora usque ad Wodeweyam que protenditur ex transverso magni chimini ab illa Wodeweya scilicet que provenit de Coueley cum mora prefata. Quare volo et precipio quod ipsi teneant brocham illam bene et in pace et libere et quiete et honorifice sicut melius tenent alias tenuras suas. Testibus, Gilberto comite de Clara,[7] et Balduino filio Gilberti, et Reginaldo de Sancto Walerico[8] et Ricardo de Lucy et Symone de Gerardimolendino. Apud Oxonefordiam.

[1] Printed: (*a*) *D' Albon*, No. 208, p. 144; (*b*) *Templar Records*, p. 178.

[2] The date cannot be determined exactly, for the only witness, William Martel, was constantly in attendance on the king, but it must be between 1139 (date of No. 39 *supra*) and 1154.

[3] Eustace III of Boulogne, Stephen's father-in-law.

[4] Stephen became count of Mortain by grant of Henry I.

[5] Printed: (*a*) *D' Albon*, No. 272, p. 178; (*b*) *Templar Records*, p. 179.

[6] Stephen was at Oxford from September to December 1142. (See *Templar Records*, p. 180, note 4.)

[7] Earl of Hertford, 1141–1152.

[8] See *infra*, pp. 53, note 3 and 67, note 3.

43.

April–May 1141.[2] *fol.* 14 (*cont.*).

Carta regine M. de pastura de Schotouer'[1].

[M]atilda imperatrix regis Henrici filia Radulfo de Querceto[3] et ministris foreste presentibus et futuris salutem. Precipio quod fratres de Templo domini de Couel' habeant pasturam suam animalibus suis et pecoribus suis in bosco et plano plenarie et aysiamenta sua de foresta sine vasto, pro anima regis Henrici patris mei, et omnes res eorum in mea pace firma sint ne aliquis eis iniuriam faciat. Testibus, episcopo H. Wintoniensi,[4] et episcopo Elyensi,[5] et cancellario,[6] apud Oxenefordiam.

44.

c. 1219. *fol.* 14*v*.

Carta Iohannis Marescalli[7] de terra de Couele.

[U]niversis etc. Iohannes Marescallus salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in puram et perpetuam elemosinam totam terram meam de Couele cum omnibus pert. suis, quam terram scilicet habui de dono Iohannis filio Hugonis, habendam et tenendum eisdem fratribus Templi cum omnibus libertatibus communis et liberis consuetudinibus ad eandem terram de Couele pertinentibus, in dominicis et villenagiis et redditibus assisis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in viis et semitis, in aquis et molendinis, in stagnis et vinariis, in piscariis et virgultis, infra villam et extra, in omnibus locis et in omnibus rebus, libere, integre, et quiete, sine aliquo retenemento, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad tantam terram, salvo etiam quod predicti fratres Templi reddent annuatim Reginaldo de Chisebeche et heredibis suis de eadem terra pro Iohanne Marescallo et heredibus suis

[1] Printed: (*a*) *D' Albon*, No. 234, p. 158; (*b*) *Templar Records*, p. 178.
[2] See *Templar Records*, p. 179, note 4.
[3] Ralph de Chesney. (See *E.C.* i 414).
[4] Henry of Blois, bishop of Winchester, 1129–1171.
[5] Nigel, bishop of Ely, 1133–1169.
[6] William FitzGilbert.
[7] See No. 48 *infra*, p. 41.

quindecim solidos sterlingorum pro omni servicio et exaccione seculari. Ego autem [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus,[1] Radulpho Harang', Ricardo Foliot, Reginaldo Basseth, Willelmo de Leuekenor', Waltero de Gersindon', Henrico de Kersinton', Symone de Lutlingeton', Thoma filio Symonis, Willelmo Walensi, Andrea filio Amary, Petro Mimekan,[2] Ricardo de Stocwell', et aliis. *fol.* 14*v.* (*cont.*).

45.

Finalis concordia inter magistrum et Willelmum Marescallum.[3] 3 Feb. 1247.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die sancti Hillarii in tres septimanas, anno regni regis Henrici filii regis Iohannis tricesimo primo coram Henrico de Bathon' et Alano de Wadsand' iusticiariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Robertum de Saunford'[4] magistrum milicie Templi in Anglia querentem per Willelmum de Fraxino positum loco suo ad lucrandum vel perdendum et Willelmum Marescallum per Thomam de Gretone positum loco suo ad lucrandum vel perdendum de hoc quod idem Willelmus adquietaret ipsum de servicio quod Galfridus filius Iohannis ab eo exigit de libero tenemento quod de predicto tenet in Parva Couele. Et inde idem magister questus fuit quod predictus Galfridus distrinxit ipsum quod redderet ei per annum xv. solidos pro predicto tenemento, de quo servicio idem Willelmus qui medius est inter eos ipsum adquietare debet. Et unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus Willelmus recognovit et concessit pro se et heredibus suis quod ipsi decetero adquietabunt predictum magistrum et successores suos et fratres milicie Templi Salomonis Ierusalem versus predictum Galfridum et heredes suos de predicto servicio inperpetuum. Et preterea idem Willelmus recognovit predictum tenementum

[1] Almost identical witnesses in No. 14 *supra*, p. 15.

[2] Peter Mimekan was appealed of murder in 1229 and imprisoned, released on bail in 1234, but died before 1235. (*Excerpt. e rot. fin.*, i. 289.)

[3] Calendared in *Oxfordshire Fines*, p. 150, No. 76.

[4] See p. 17, note 1 *supra*.

fol. 14*v.* (*cont.*). cum pert. esse ius ipsius magistri et predictorum fratrum, habendum et tenendum eidem magistro et successoribus suis et predictis fratribus de predicto W. et heredibus suis in perpetuum, reddendo inde per annum xv. solidos ad duos terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis medietatem et alteram medietatem ad Pascham, et faciendo inde regale servicium quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo in eadem villa pro omni servicio, consuetudine et exaccione. Idem vero Willelmus et heredes sui adquietabunt et defendent predictum tenementum cum pert. versus capitales dominos feodi illius de omnibus aliis serviciis, et predictis fratribus predictum tenementum cum pert. per *fol.* 15. predicta | servicia contra omnes homines inperpetuum. Et pro hac recognicione, concessione, warantia, adquietancia, defensione, fine et concordia idem magister remisit et quietum clamavit de se et successoribus suis et predictis fratribus omnia dampna que dicebat se habuisse occasione quod predictus Willelmus ipsum prius non adquietaverat de predicto servicio in perpetuum.

46.

17 June 1247. [Final Concord between Geoffrey FitzIohn and William Marshall.][1]

[H]ec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Oxon'. a die Sancte Trinitatis in tres septimanas anno regni regis Henrici filii regis Iohannis tricesimo primo coram Rogero de Thurkelby, Gilberto de Preston', magistro Symone de Walton' et Iohanne de Cobeham, iusticiariis itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Galfridum filium Iohannis querentem et Willelmum Marescallum deforciantem de consuetudinibus et serviciis que idem Galfridus exigebat de predicto Willelmo de libero tenemento suo quod de predicto Galfrido tenet in Parva Couele, quod tenementum magister milicie Templi in Anglia tenet de predicto W. et unde idem G. exigebat de predicto W. quod redderet ei per annum xv. solidos sterlingorum et quod faceret ei servicium quarte partis unius militis pro predicto

[1] Calendared in *Oxfordshire Fines*, p. 149.

tenemento, que servicia idem W. ei non cognovit. Et unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus Galfridus remisit et quietum clamavit de se et heredibus suis predicto W. et heredibus suis totum ius et clameum quod habuit in predictis serviciis que exigebat versus eum, salvis eidem G. et heredibus suis homagiis predicti W. et heredum suorum tantummodo de predicto tenemento in perpetuum. Et pro hac remissione, quietum clamacione, fine, et concordia idem Willelmus ad peticionem predicti G. remisit et quietum clamavit de se et heredibus suis fratri Roberto de Saunford'[1] magistro milicie Templi et successoribus suis et fratribus milicie Templi predicte predicta servicia que idem magister prius facere consuevit Willelmo predicto pro predicto tenemento quod de eo tenet in perpetuum. Ita tamen quod idem magister et successores sui et predicti fratres decetero reddent singulis annis Reginaldo de Chisebech et heredibus suis de quo Reginaldo idem G. tenet predictum tenementum predictos xv. solidos sterlingorum quos idem G. exigebat de predicto W. pro eodem tenemento ad duos terminos in perpetuum, scilicet medietatem ad festum sancti Michaelis et alteram medietatem ad festum beate Marie in Marcio, et similiter quod idem magister et successores sui et predicti fratres facient Galfrido de Chaucy capitali domino illius feodi de quo predictus Reginaldus de Chisebeche tenet predictum tenementum et heredibus ipsius G. de Chausi predictum servicium quarte partis unius militis pro predictis Willelmo, Galfrido filio Iohannis et Reginaldo et heredibus eorum de predicto tenemento in perpetuum. Et hec concordia facta fuit presentibus predictis Reginaldo de Chisebeche et G. de Chausy et illam concedentibus, ita quod idem G. de Chausy vel heredes sui nihil aliud decetero poterunt clamare vel exigere de predicto magistro vel successoribus suis vel predictis fratribus pro predicto tenemento nisi tantummodo predictum servicium quarte partis unius militis, nec idem Reginaldus vel heredes sui nisi predictos xv. solidos per annum tantummodo, nec etiam idem G. de Chaucy vel heredes sui nihil aliud poterunt exigere de predicto Reginaldo vel heredibus suis quam homagia ipsorum de predicto tenemento nec idem

fol. 15 (*cont.*).

[1] See p. 17, note 1 *supra*.

fol. 15 (*cont.*). Reginaldus vel heredes sui nihil aliud poterunt exigere de predicto G. filio Iohannis vel heredibus suis nisi homagia ipsorum tantummodo pro predicto tenemento in perpetuum. Et sciendum quod quidam articulus contentus in cirographo prius inter predictos magistrum et Willelmum in curia eiusdem regis coram iusticiariis suis apud Westmonasterium confecto,[1] de hoc quod idem Willelmus acquietaret predictum magistrum de servicio quod predictus Galfridus filius Iohannis exigebat ab eo de predicto tenemento, scilicet ille articulus in quo continetur quod predictus Willelmus et heredes sui acquietarent et defenderent predictum magistrum et successores suos et *fol.* 15*v*. fratres predicte milicie Templi | versus predictum Galfridum filium Iohannis et heredes suos et versus capitales dominos feodi illius de omnibus serviciis ad predictum tenementum pertinentibus, per istum finem penitus adnichilantur, et similiter hec concordia facta fuit presente predicto magistro et eam concedente.

47.

3 Nov. 1245. Finalis concordia inter Ricardum filium Henrici et fratrem R. de Saunford' de v. virgatis terre.[2]

[H]ec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' in crastino animarum anno regni regis H. filii regis I. tricesimo coram Henrico de Batonia, Rogero de Thurkeby, Roberto de Notingham, Iollano de Neuill', Gilberto de Preston', magistro Roberto de Schardelowe' et Iohanne de Cobeham iusticiariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Ricardum filium Henrici petentem et fratrem Robertum de Saunford' magistrum milicie Templi in Anglia tenentem per fratrem Nicholaum de Staunford' positum in loco suo ad lucrandum vel perdendum de quinque virgatis terre cum pert. in Couele, unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus Ricardus remisit et quietum clamavit de se et heredibus suis predicto magistro et successoribus suis et fratribus milicie predicte Templi totum ius et clameum quod habuit in predicta terra cum

[1] See No. 45 *supra*, p. 37.
[2] Calendared in *Oxfordshire Fines*, p. 132, No. 110.

pert. in perpetuum. Et pro hac remissione, quieta clamacione, fine et concordia idem magister dedit predicto Ricardo quadraginta marcas argenti. *fol.* 15*v.* (*cont.*).

48.

[Final concord between Gunnilda FitzWilliam and John Marshall.][1] **25 Nov. 1220.**

[H]ec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' in octavis sancti Martini anno regni regis H. filii regis I. v^to^ coram Roberto de Uer, comite Oxon', Martino de Patishulle, Radulfo Harang', Stephano de Segraue, Thome de Heydon', iusticiariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Gunnildam filiam Willelmi[2] petentem et Iohannem Marescallum[3] tenentem de una virgata terre cum pert. in Couele, unde assisa mortis antecessorum summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predicta Gunnilda recognovit totam terram cum pert. esse ius ipsius Iohannis; et pro hac recognicione, fine et concordia idem Iohannes concessit ipsi Gunnilde novem acras terre cum pert. de predicta terra, scilicet unam acram terre in Gomesfurlongo, et unam acram terre in Winsimor, et unam acram terre in Efurlongo, et unam acram terre in Chirchefurlongo, et unam acram terre in Hanekehulle, et unam acram terre in Hockemere, et duas acras terre iuxta chiminum quod est inter Horsepath et Gersindon', et unam acram terre uersus boscum de Schottouere, et unum mesuagium quod Willelmus de Fenne tenuit, habendas et tenendas ipsi Gunnilde et heredibus suis de magistro milicie Templi in Anglia et aliis fratribus eiusdem domus in perpetuum, per liberum servicium duodecim denariorum, reddendo per annum ad duos terminos scilicet ad Pascham vi. d. et ad festum sancti Michaelis vi. d. pro omni servicio. Et preterea idem Iohannes dedit ipsi Gunnilde duas marcas argenti, et preterea idem Iohannes concessit Matilde matri ipsius Gunnilde unum mesuagium cum pert. quod est iuxta pontem Oxon', habendum et tenendum tota vita sua, reddendo inde predicte

[1] Calendared in *Oxfordshire Fines*, p. 64, No. 57.
[2] See Nos. 23 and 24 *supra*, p. 23.
[3] See No. 44 *supra*, p. 36.

fol. 15*v.* (*cont.*). domui de Templo unum d. ad festum sancti Michaelis pro omni servicio, et post decessum ipsius Matilde predictum mesuagium cum pert. revertetur ad ipsum magistrum milicie Templi et successores suos quiete de heredibus ipsius Matilde in perpetuum, ut illud quod idem Iohannes domui predicte de Templo dedit et concessit in liberam elemosinam.

49.

Before 1166. Carta Radulfi de Aluers[1] de una virgata terre.

[S]ciant universi etc. quod ego Radulfus de Aluers dedi et concessi deo et sancte Marie et fratribus Templi Ierosolomitani unam virgatam terre apud Couele que est iuxta Oxeneford', ut libere et quiete eam habeant et possideant ut liberam elemosinam. Huius virgate terre medietatem dedi predictis fratribus pro anima uxoris mee Royes cuius corpus apud Burest' requiescit, et eiusdem virgate medietatem eisdem fratribus prius dederam, et in morte uxoris mee Royes partem utramque eis in elemosinam dedi, ut libere et quiete ab omni seculari servicio possideant. Hiis testibus, Petro de Stan-
fol. 16. ford | et Roberto fratre eius, Galfrido filio Seffredi, Ruelein de Aluers filio eius et herede, Reginaldo de Huggeden', Thome de Aluers, Bernardo de Burneham, Roberto Taylard.

50.

c. 1219. Carta Ricardi Frankel' de una acra terre et dimidia.

[S]ciant etc. quod ego Ricardus Frankelanus filius Willelmi Frankeleyn de Couele dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis pro salute anime mee et animabus omnium antecessorum et successorum meorum unam acram et dimidiam terre in territorio de Couele, scilicet una forera que se extendit versus Bolenden'[2] iuxta dimidiam acram Roberti Frankeleyn, et alia

[1] For Ralf Danvers see *Oxford Charters*, No. 83. He makes a grant to Oseney of the church of Cowley between 1154 and 1166; he was dead by 1166, when his son Ruelent is returned in the *Carta* as holding two knights' fees of the Honour of Wallingford. (See F. N. Macnamara, *Memorials of the Danvers Family*, p. 493, and No. 96 *infra*, p. 71.)

[2] Bullingdon.

dimidia acra iuxta acram Templariorum que se extendit versus Bolend' versus North infra bercariam et boscum, et tercia dimidia acra in Middelbrech', habendam et tenendam de me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni exaccione et servicio. Ego autem [etc. warranty] et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Rogero capellano, domino Henrico de Kersinton',[1] domino Hugone de Chisilhampton', domino Willelmo de Leuekenor,[1] Petro Mimekano,[1] Roberto Frankeleyn de Couele, Andrea filio Amari[1] de Couele, Leowino forestario de Hedindon' et aliis. *fol.* 16 (*cont.*).

51.

Carta Philippi Mimekan[2] de quadam terra que iacet ad finem de Emildecroft. *Between* 1235 *and* 1249.

[O]mnibus etc. Philippus Mimekan salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus pauperis milicie Templi in Anglia illam terram que iacet ad finem de Eynildecroft, inter duas quarentenas de Wodefurlong, terre Templariorum de Couele que vocatur Buttes in puram et perpetuam elemosinam pro anima mea et pro animabus antecessorum et successorum meorum, libere et quiete, bene et in pace, in perpetuum, pro me et heredibus meis adeo pure ut ulla elemosina alicui domui religiose conferri poterit. Ego vero dictus Philippus [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto de Saunford', Iohanne filio Hugonis de Gersindon', Walterus filio Payn, Thome Sumer, Galfrido Amari, Galfrido de Oldefeld' et multis aliis.

52.

Carta Roberti Frankelani de una acra terre et dimidia. *Between* 1200 *and* 1219.

[S]ciant presentes etc. quod ego Robertus Frankelanus de Couele, assensu et consensu Margerie uxoris mee, dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salo-

[1] These four witness No. 44 *supra*, p. 37.
[2] He succeeded his father Peter in 1235, and died in 1249. (*Cal. Inq. P.M.* I, p. 48, No. 193.)

fol. 16 (*cont.*). monis pro salute anime mee et animabus omnium antecessorum meorum et successorum unam acram terre et dimidiam in campis et in territorio de Couele, scilicet unam dimidiam acram que iacet iuxta foreram quam Ricardus Frankelanus dedit predictis fratribus et se extendit versus Bolenden', et aliam dimidiam acram que iacet iuxta dimidiam acram Ricardi predicti Frankelani quam dedit predictis fratribus inter novam bercariam Templariorum et boscum, et terciam dimidiam acram in Middebrech que iacet iuxta dimidiam acram sepedicti Ricardi Frankl' quam dedit sepedictis fratribus, habendam et tenendam de me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servicio et exaccione. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Rogero capellano tunc commorante apud Couele, Hugone de Chisilhampton', domino Henrico de Kersinton', Petro Mimekan, Andrea filio Amar' de Couele, Ricardo Frankel' de Couele, Henrico capellano et multis aliis.

53.

Between 1200 *and* 1219. Carta Hugonis clerici de duabus acris.

[S]ciant etc. quod ego Hugo clericus filius Willelmi de Meriton' concessi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis duas acras terre in Couele, scilicet in Medecrofta, propinquiores vie et unam acram terre in Meriton'[1] scilicet dimidiam acram in Efurlongo et *fol.* 16*v*. dimidiam acram | in Cotstowe. Istam donacionem feci eis solutam et quietam de me et heredibus meis ab omni servicio et exaccione, propter cartam unius virgate terre cum omnibus pert. suis infra villam et extra, habendam in Meriton'. Istas predictas duas acras in Couele predictis fratribus contra omnes homines et feminas warantizabo. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Rogero capellano de Couele, domino Roberto capellano alterius Couele,[2] Ricardo filio Nigelli de Yiftele, Hugone Paupere de Cherleton', Hugone de Chisilhampton', Henrico de Kersinton', Willelmo filio Pagani de Gersindon', Symone de Meriton', Willelmo diacono de Couele, et multis aliis.

[1] Merton, Oxon.
[2] Church Cowley, near Oxford.

54.

Carta Henrici filii Willelmi de Kersinton'[1] de duobus mesuagiis et duabus acris terre. *c.* 1210. *fol.* 16*v*: (*cont.*).

[S]ciant etc. quod ego Henricus de Couele filius Willelmi de Kersinton', concessu et assensu Emme uxoris mee et heredum meorum, concessi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis duo mesuagia in villa de Couele, illa scilicet quam Rogerus Cinketreis et Willelmus Pelliparius tenuerunt, et duas acras terre in eadem villa de Couele, scilicet in Medecrofta, propinquiores vie cum pert. suis pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, habenda et tenenda de me et heredibus meis cum omnibus libertatibus in puram et perpetuam et liberam elemosinam, solutam et quietam absque omni seculari servicio et exaccione, in viis et semitis, in aquis et pasturis, in introitibus et exitibus, et in omnibus aysiamentis infra villam et extra. Ego vero [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo filio Nigelli de Yiftele,[2] Waltero filio Pagani de Gersindon', Ade de Gersindon', Hugone Paupere de Cherleton', Hamone de Sancta Fide, Hugone de Chisilhampton', Willelmo de Leuekenor', Symone de Meriton', Andrea de Couele, et aliis.

55.

Convencio inter fratres et abbatissam de escambio cuiusdem terre. *c.* 1220.

[H]ec est convencio facta inter fratres milicie Templi de Couele ex una parte et dominam Philiciam de Bade[3] abbatissam de Godestowe et sanctimoniales eiusdem loci ex altera, scilicet quod predicti fratres Templi dederunt unam acram terre dictis abbatisse et sanctimonialibus de Godestowe in escambio pro acra dictarum sanctimonialium propinquiori bercarie dictorum fratrum Templi versus occidentem apud Bulend',[4] et sciendum quod illa

[1] Probably Garsington, Oxon.

[2] See No. 63 *infra*, p. 51 and p. 66, note 4.

[3] Abbess of Godstow, 1216–1230 (*The English Register of Godstow Nunnery*, ed. Andrew Clark (E.E.T.S. 1905), p. xxiv). See p. 46 *infra*, note 2.

[4] Bullingdon.

fol. 16*v*. (*cont.*). acra quam dicti fratres Templi dederunt dictis sanctimonialibus in escambio pro acra iuxta bercariam dictorum fratrum Templi versus occidentem iacet in quarentena illa que vocatur " ogeyn ye stone " Anglice, et Latine " contra lapidem," apud Buleden', scilicet proxima acra iuxta foreram ad caput predicte acre. Et ut hec convencio perpetua firmitate et stabilitate ex utraque parte servetur illesa, parti cirographi presentis que penes fratres Templi residet dicte sanctimoniales sigillum suum apposuerunt. Hiis testibus, domino Radulpho Harang',[1] Waltero filio Pagani, Willelmo de Leuekenor', Henrico de Kersinton', Petro Frankelano, Ade Frankel', et multis aliis.

56.

c. 1220. Escambium inter predictos de quadam terra.[2]

[N]otum sit omnibus etc. quod hec convencio facta est inter fratres Templi de Couele ex una parte et dominam Philiciam de Bade, abbatissam de Godestowe et sanctimoniales eiusdem loci ex altera parte, scilicet quod abbatissa de Godestowe et sanctimoniales loci illius dimiserunt fratribus Templi de Couele in escambium unam dimidiam acram terre sue in campo de Couele que iacet in ye longefurlongo et unam rodam, scilicet quartam partem unius acre que vocatur ye Heuidheirde que iacet apud Holweye, pro uno mesuagio quod fuit fratrum Templi in villa de Couele, quod iacet in ye Medecroft, quod scilicet mesuagium continet in se sexdecim perticas in longitudine et sex perticas in latitudine. Et ut hec convencio et hoc escambium predictarum terrarum ex utraque parte firma *fol.* 17. stabilitate serveratur in perpetuum | predicta abbatissa de Godestowe, communi consilio et assensu sanctimonialium illius loci, parti huius cirographi que remanet penes

[1] Acting as curia regis judge at Westminster in November 1220. See No. 48 *supra*, p. 41.

[2] An English version of this agreement, called " Chartur of Covenaunt bytwene the templers of Coueley and Dame felice Abbas of Godestowe for a mese of lande," is to be found in *The English Register of Godstow Nunnery*, Part I, p. 319 (No. 433). It is dated by the editor as " *about* 1220." Similarly No. 55 *supra* is called in *The English Register* (No. 434, on p. 320), "A Charter of the templers of Coueley for an acre of lande,"

fratres Templi de Couele memoratos ad maiorem securitatum habendam sigillum suum apposuit. Hiis testibus, domino Radulfo Harang', Willelmo de Leuekenor', Radulfo de Saunford', Henrico de Kersinton', Andrea Amar', Ricardo le Frankeleyn, et multis aliis. *fol.* 17 (*cont.*).

57.

Carta Oseneye de quadam placea in Couele in qua sita fuerunt grangia. *Between* 1205 *and* 1221.

[O]mnibus etc. Frater Clemens[1] divina miseracione abbas Oseneye et eiusdem loci conventus salutem in domino. Noverit universitas vestra nos de communi assensu capituli nostri, intuitu karitatis et dilectionis quam habemus versus fratres milicie Templi Salomonis, remisisse eisdem fratribus Templi et quietum clamasse in perpetuum et presenti carta confirmasse totum ius et clameum quod umquam habuimus vel habere potuimus in placea illa apud Couel', in qua sita fuerunt grangia eorum et bovaria, que iacet inter croftum ecclesie de Couele et croftam Gilberti Hurt, et que placea continet octo perticatas in latitudine versus occidentem et x. perticatas et xv. pedes in longitudine versus orientem et vii. perticas in latitudine versus orientem, quam placeam Iohannes filius Hugonis aliquando tenuit de nobis cum duabus cotariis que sunt inter illam placeam et viam que se extendit de dicta ecclesia de Couele versus Oxoniam, tenendam et habendam de nobis in perpetuum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Pro hac autem remissione et quieta clamacione dicti fratres remiserunt nobis et quietum clamaverunt in perpetuum dictas duas cotarias cum curtilagiis que sunt inter dictam placeam et dictam viam que se extendit de dicta ecclesia versus Oxoniam et quicquid iuris habuerunt vel habere potuerunt in eisdem cotariis, salva eisdem fratribus via seu eorum hominibus qui in predicta placea per voluntatem eorumdem manebunt, que scilicet via iacet inter memoratas cotarias usque ad placeam interiorem in qua fuerunt eorum grangia et bovaria, que via continet xii. pedes in latitudine et quinque perticas et sex pedes

[1] Abbot of Oseney, 1205—October 1221 (*O.C.* I. xiii).

fol. 17 (*cont.*). in longitudine. In huius autem rei testimonium ad maiorem securitatem in perpetuam firmitatem presenti scripto sigillum conventus nostri apposuimus.

58.

c. 1180. Carta de speciali dileccione inter canonicos Oseneye et Templarios.

[L]icet omnes viri religiosi aliis alii teneantur specialius tamen convencio karitatis inter fratres milicie Templi et canonicos Oseneye facta est inviolabiliter observanda talis, scilicet predicti fratres ubique et contra omnes consilium et auxilium quod poterunt verbo et opere canonicis Oseneye prestabunt, et canonici eisdem fratribus suum consilium et auxilium prestabunt similiter, ita tamen quod neutra domus pro alterius negocio magnis expensis quam [*sic*] sibi placuerit gravetur, salvis etiam dileccionibus et promissis que aliis domibus religionis debent et promiserunt. Preterea canonici Oseneye facient singulis annis in perpetuum unum speciale servicium in conventu suo pro omnibus defunctis fratribus Templi, et quotiens obitum magistri milicie Templi in Anglia audierunt pro eo unum speciale servicium similiter in conventu suo facient, et insuper omnes defunctos sepedictorum fratrum Templi similiter in annalibus et triennalibus et aliis oracionibus suis et beneficiis domus sue recolligent, et predicti fratres Templi canonicos vivos et defunctos in oracionibus et beneficiis domus sue recolligent. Bene sit in eternum fratribus milicie Templi [et] canonicis Oseneye. Hec convencio dileccionis inter fratres milicie Templi et canonicos Oseneie specialiter pro deo et pro magistro Waltero de Gant[1] facta est, qui magna dileccione et familiaritate antequam habitum religionis susciperet predictis fratribus Templi adiunctus est.

59.

c. 1220. Carta Galfridi Amar' de quodam cornerio terre.

[O]mnibus etc. Galfridus Amar' de Couele salutem in

[1] Walter de Gant had been a canon of Oseney. He became the first abbot of Waltham in 1184 and witnesses as such a settlement between Oseney and St. Frideswide's in 1200. (*O.C.* ii. 228.)

domino. Noveritis me dedisse [etc.] deo et beate Marie *fol.* 17
et fratribus milicie Templi Salomonis et suis successoribus (*cont.*).
caritatis intuitu in liberam, puram et perpetuam elemosinam quoddam cornerium terre in capite de Hevidlonde
| que iacet in Nelesbrech in villa de Couele et que extendit *fol.* 17*v.*
versus occidentem, habendum et tenendum dictum cornerium cum omnibus suis pert. de me et meis heredibus sibi et suis heredibus libere et quiete, bene et in pace, absque omni exaccione et demanda in perpetuum. Et ego [etc. warranty]. Pro hac autem donacione et confirmacione dicti fratres receperunt me, antecessores quoque et successores meos in omnibus suis precibus, elemosinis et beneficiis que in dicta milicia observantur. Et ut [etc. sealing].

60.

Carta Andr' Amar' de quatuor acris terre. *c.* 1220.

[S]ciant etc. quod ego Andreas filius Amari de Couele dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, pro salute anime mee et animabus omnium antecessorum et successorum meorum, quatuor acras terre in territorio de Couele, quarum due acre iacent in loco campi versus Stane qui sic vocatur et una acra cuius capud abuttat super Bolend' ubi nova bercaria sita est, et aliud capud versus Stann', et quarta acra in Chisterfurlong' que iacet iuxta acram predictorum fratrum et abuttat capud versus Bolend', habendas et tenendas de me et heredibus meis, in puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni seculari servicio et exaccione. Ego autem [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Ricardo filio Nigelli de Yiftele, domino Waltero de Gersindon', Henrico de Kersinton', Hugone de Chiselhampton', Willelmo de Leuekenor', Roberto Frankel' de Couele, Ricardo Frankl' de Couele, Willelmo molendinario de Yiftele, Willelmo clerico qui hanc cartam scripsit, et aliis.

61.

Carta R. Amar' de Willelmo Moth cum omni secta. 1240–1244.[1]

[O]mnibus etc. Radulphus filius Amari salutem. Nove-

[1] See *p.* 50 *infra*, note 1.

fol. 17*v.* (*cont.*). rit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia Willelmum Moth cum omni secta sua et quicquid de eo exiet vel in aliquo tempore exire poterit de dicto Willelmo, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino [Willelmo] de Hay[1] tunc vicecomite de Oxon', Waltero de Tiwe, Willelmo de Middelcumbe,[2] Roberto filio Symonis et multis aliis.

62.

Probably Dec. 1139. Carta Roberti Doylli de vi. s. et iiii. d. de tenemento.[3]

[N]otum sit etc. quod ego Robertus de Oylli[4] pro salute anime patris mei et matris mee et antecessorum meorum concessi et accrevi militibus de Templo Salomonis super hoc quod prius dedi[5] eis terram que reddit per annum vi. s. et iiii. d. in terra et in hospitibus ad dedicacionem ecclesie de Coueleya, videlicet Lutold ii. s. et iii. d., de Alwyne Knyf xv. d., Odbrith xv. d., Wlfricus Apewrot xix. d. Et ego Edith[6] ex parte mea concessi predicto Templo rentam quam dedit michi Churoldus [*sic*] de Wintonia de tribus monasteriis, videlicet ii. solidos. Et precipio ut predictis militibus ipse idem et heredes eius respondeant. Et hec confirmata sunt ante episcopum de Herefordia qui ecclesiam predictam consecravit concessu episcopi Lincolniensis in parochia sua, et hoc concedunt Edith uxor mea et heredes mei, videlicet Henricus et Gilbertus. Testibus, Willelmo cantore de Herefordia, et Willelmo canonico de Oseneye, et Henrico canonico de Chiningewrthe,[7] Hugone de Tywa, et Alfredo de Sireburna et Reginaldo Gayt.

[1] Dominus Willelmus Hay, sheriff of Oxfordshire from Michaelmas 1240 to Christmas 1244.

[2] Town clerk of Oxford c. 1235–1245 (see *Cartulary of the Hospital of St. John the Baptist* (O.H.S. 1914–16), i, 24, 420; ii, many times). He witnesses No. 71 *infra*, p. 55, a deed of Andrew Amary referring to the same William Moth.

[3] Printed: (*a*) *D' Albon*, No. 216, p. 148; (*b*) *Templar Records*, p. 181.

[4] Robert d'Oilli II, lord of Hook Norton, Oxon., and castellan of Oxford: ob. Sept. 1142.

[5] See No. 127 *infra*, p. 92.

[6] Edith Forne, wife of R. d'Oilli.

[7] Kenilworth, Warwick.

63.

Finalis concordia inter magistrum et Ricardum filium Nigelli de x. acris terre in Yiftele, de quibus carta ipsius R. scribitur inter cartas de Oxonefordia.[1] — 19 April. 1201. *fol.* 17*v.* (*cont.*).

[H]ec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm. a die Pasche in tres septimanas, anno regni regis Iohannis secundo coram G. filio Petr', Ricardo de Her', Iohanne de | Gestling', Henrico de Wycheton', *fol.* 18. Godefrido de Insula, Waltero de Crepping, iusticiariis et aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus inter Emericum magistrum milicie Templi[2] petentem per fratrem Henricum Grim positum loco suo ad lucrandum vel perdendum et Ricardum filium Nigelli tenentem de decem acris terre cum pert. in Yiftele, unde placitum fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus Emericus remisit et quietum clamavit predicto Ricardo et heredibus suis totum ius et clameum quod habuit in predicta terra de se et successoribus suis in perpetuum. Et pro hac quieta clamancia, fine et concordia predictus Ricardus dedit et concessit predicto Emerico et successoribus suis quinque acras terre in eadem villa, in puram et perpetuam elemosinam, que iacent in campo qui vocatur Hertesheuid versus aquilonem.

64.[3]

[Thomas son of Elyas and his wife Alyanora grant half an acre in Wodefurlong.] — *Probably c.* 1250.

[S]ciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Elye et Alyanora[4] uxor mea, communi consensu et mera voluntate, dedimus [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis unam dimidiam acram terre in territorio de Wodefurlong',[5] illam scilicet que racione dotis dicte Alionore uxoris mee nos contingebat et quam Philippus Mimekan,[6] quondam maritus eius, predictis

[1] Printed in *Oxfordshire Fines*, p. 18, No. 37.
[2] See p. 12 *supra*, note 1.
[3] In the margin of this deed is written: Vacat quod quedam dos.
[4] Alyanora (or Annora) was his widow by 1284. (See *O.C.* ii. 485.)
[5] In Cowley parish.
[6] He had died in 1249. See p. 43 *supra*, note 2.

fol. 18. (*cont.*). fratribus una cum duabus aliis dimidiis acris terre in eodem territorio, caritatis intuitu, in puram et perpetuam elemosinam conferrebat cum omnibus suis pert., habendam et tenendam predictis fratribus et eorum successoribus cum omnibus suis pert. libere et quiete, bene, integre et pacifice, de nobis toto tempore vite nostre.

65.

c. 1210. [Henry de Kersinton'[1] grants a meadow in Iffley.]

[O]mnibus etc. Henricus de Kersinton' salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis Ierusalem, in puram et perpetuam elemosinam, pratum meum quod dicitur ye Werhamme et la Gore quod est iuxta le Vuerhamme, illud scilicet quod iacet in exteriore parte prati de Hiftele versus Oxon' inter pratum eorumdem fratrum Templi et pratum de Yiftele, habendum et tenendum eisdem fratribus Templi de me et heredibus meis in perpetuum, libere, quiete et integre, absque omni servicio et consuetudine et exaccione seculari. Ego autem [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Waltero filio Pagani de Gersind', Radulpho de Sandford', Andrea Amar', Willelmo molendario de Hiftele, Hugone serviente de Yiftele, Ricardo le Frankeleyn de Couele et aliis.

66.

c. 1210. Carta Amaur' de Couele de ii. acris terre.

[O]mnibus etc. Amauricius de Couele salutem. Noverit universitas vestra me consilio et assensu Suneholt' uxoris mee et Radulphi heredis mei[2] dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis duas acras terre mee in cultura de Derefolde, in puram et perpetuam elemosinam, liberam, solutam et quietam ab omni servicio et exaccione pro salute anime mee et

[1] Probably the same as Henry of Cowley, son of William of Garsington in No. 54 *supra*, p. 45.

[2] See No. 61 *supra*, p. 49.

uxoris mee et omnium parentum meorum et amicorum, salua decima ad ecclesiam sancte Fredeswide pertinente. Hiis testibus, Willelmo filio Pagani, Hugone de Gersind', Galfrido de Chibenhurst', Willelmo de Kersinton', Alexandro filio meo, Roberto filio meo. *fol.* 18 (*cont.*).

67.

Carta Hugonis de Plugenay[1] de terra de Croumers.[2] *Between* **1154** *and* **1166.**

[O]mnibus etc. Hugo de Plugenay salutem. Notum sit vobis omnibus me dedisse [etc.] deo et sancte Marie et fratribus Templi Salomonis de Ierusalem terram meam de Crawell' que iacet inter domos infirmorum et terram Reginaldi de Sancto | Walerico[3] apud orientem, reddendo singulis annis pro omni servicio ii s. quamdiu ego et heredes mei terram illam eis warantizare poterimus. Hoc autem feci pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum tam vivorum quam mortuorum ut perhennis nobis omnibus detur. Hiis testibus, Marcarius Godwinus, Willelmus prepositus, et totum halimot de Hedindon'[4] [*sic*]. *fol.* 18*v*.

68.[5]

[O]mnibus etc. Geruasius perpetuus vicarius de Wormhal'[6] salutem in domino sempiternam. Noveritis me obligatum esse et heredes meos vel assignatos meos spontanea volentate deo et beate Marie et fratribus milicie Salomonis quod nullo modo possim vel debeam vendere et donare, assignare nec alienare viris religiosis terram quam habeo ex donacione et concessione. . . .

[1] He was one of the Breton followers of the empress Matilda who granted him the manor of Headington not later than 1142 (*Cartulary of St. Frideswide* (O.H.S. 1894–6), ii, p. 20).

[2] Crowmarsh, a field in Cowley parish.

[3] Reginald of St. Valery, ob. 1166. See p. 35, note 8 *supra*, and p. 67, note 3, *infra*.

[4] Headington, Oxon.

[5] Against this deed is written *Vacat*. See No. 157 *infra*, p. 112.

[6] Worminghall, Bucks.

69.

c. 1210. *fol.* 18*v.* (*cont.*).

Carta Henrici de Couele de una acra terre.

[S]ciant etc. quod ego Henricus de Couele per concessum Dionisie uxoris mee dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis unam acram terre que iacet in Westmor' proximior terre predictorum fratrum, habendam et tenendam de me et heredibus meis, in puram et perpetuam elemosinam liberam, et quietam ab omnibus secularibus serviciis et exaccionibus. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne capellano de Bradewell'.[1]

70.

c. 1240.

[Andrew Amary of Cowley grants 4 acres in Cowley.]

[O]mnibus etc. Andreas Amary de Couele salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] pro me et heredibus meis deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in liberam elemosinam quatuor acras terre cum omnibus pert. in campo de Couele qui vocatur Wodefeld', quarum due acre extendunt se versus orientem et abuttant super Bulendenesgraue inter terram relicte Liripin ex parte australi et terram Ricardi Sone ex parte boreali, et una acra iacet in longitudine iuxta viam regiam que extendit se ab Oxon' versus Lond', et una acra iacet inter terram domus Templi de Couele ex parte orientali et terram Hugonis Hert ex parte occidentali, habendas et tenendas predictis fratribus et eorum successoribus de me et heredibus libere, integre, quiete et pacifice, sine aliqua reclamacione seu impedimento mei vel heredum meorum. Et ego [etc. warranty]. Ita quod dicti fratres et eorum successores mihi et heredibus meis annuatim reddent unum d. infra octabas Pasche pro omni servicio et consuetudine et sectis curiarum vel hundredorum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma le Frankelein de Couele.

[1] Possibly, Iohn de Bradewelle, clerk, to whom a house in Oxford was granted in *c.* 1230 (*O.C.* ii. 271).

71.

Carta Andr' Amar' de ii. s. redditus assisi. *c.* 1240.

fol. 18*v.* (*cont.*).

[O]mnibus sancte matris ecclesie filiis hoc presens scriptum visuris vel audituris Andreas Amar' de Couele salutem in domino. Noveritis me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis duos solidos redditus assisi in perpetuum, illos videlicet quos Willelmus Moth[1] de Couele mihi reddidit annuatim, scilicet ad festum sancte Fredeswide virginis xii. d. et ad festum sancti Thome apostoli ante Natale Domini xii. d., pro tribus acris terre, quarum una iacet ex parte orientali de Halewey in Wodefeld' iuxta terram Thome Frankelein ex parte orientali, et una dimidia acra que iacet iuxta terram Hugonis Odbrith quam tenet de Templo, et altera dimidia acra que iacet in quadam parte terre que vocatur Palinereshegge iuxta terram Hugonis Woderowe, et tercia dimidia acra que iacet ex opposito hostii Matilde Ingeramet iacet iuxta terram Thome Frankel', et quarta dimidia acra que iacet in Noelesbrech | iuxta ter- *fol.* 19.
ram Roberti Gold', habendos et tenendos predictos duos solidos redditus assisi in perpetuum cum omnibus eschaetis inde provenientibus dictis magistro et fratribus de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice, integre et sine aliqua exaccione mei vel heredum meorum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo de Middelcumb'.[2]

72.

Carta eiusdem de ii. acris. *c.* 1240.

[O]mnibus etc. Andreas Amari de Couele salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro me et heredibus meis, duas acras terre cum omnibus pert. suis in campo de Couele qui vocatur Catwell', quarum una dimidia acra iacet inter terram Thome le

[1] See No. 61 *supra*, p. 49.
[2] See p. 50 *supra*, note 2.

fol. 19 (*cont.*). Frankelein et terram Iohannis Cok' et etiam una acra iacet inter terram Ricardi Pundeman et Ricardi de le Escalere et una dimidia acra iacet iuxta terram Templi et terram predicti Ricardi del Escale, in eodem campo, habendas et tenendas predictis fratribus et eorum successoribus de me et heredibus meis libere, integre, quiete et pacifice, sine aliqua reclamacione seu impedimento mei vel heredum meorum. Et ego [etc. warranty], ab omni servicio et consuetudine et secta curiarum et hundredorum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma le Frankel' de Couele.

73.

c. 1240. Carta eiusdem de i. acra.

[S]ciant presentes et futuri quod ego Andreas Amari de Couele dedi [etc.] deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam acram terre mee que iacet in quadam quarentena que vocatur " ate ye hethe " iuxta quamdam dimidiam acram quam Agnes Cnifes tenet de domo Templi de Couele, tenendam et habendam dictam acram terre cum pert. ipsis magistro et fratribus et eorum successoribus de me et heredibus mei adeo libere et quiete sicut aliqua elemosina viris religiosis dari melius et liberius confirmari poterit aut concedi. Ego vero [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo le Frankel', Thoma le Frankel'.

74.

c. 1250. Carta eiusdem de domibus, toftis et croftis, qui extendunt se a ianua sua versus occidentale.

[U]niversis etc. Andreas Amar' filius Galfridi Amar'[1] de Temple Couele salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et Alicie uxoris mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse [etc.] deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia et eorum successoribus in liberam, puram, absolutam et perpetuam elemosinam ad sustentandum luminare in capella sancte Marie domus

[1] See No. 59 *supra*, p. 48.

Templi de Saunford'[1] omnes domos, toftos et croftos meos in villa de Temple Couele, illos videlicet qui se extendunt in longitudine a sepe et fovea de Pytlesforlong' versus occidentale | et ianuam capitalis domus mee versus orientem, quos quidem toftos et croftos Ricardus Russel, Alexander molendarius, Thomas scriptor de Melton', Willelmus Gundy, Henricus dictus Rumple et Iohannes Faber et Emma mater sua de me aliquando tenuerunt, quam quidem domum cum curtilagio iuxta portam capitalis domus mee Iuliana mater mea nomine dotis aliquando tenuerunt [*sic*], tenendas et habendas dictis magistro et fratribus et eorum successoribus predictas domos cum toftis, croftis, curtilagiis sibi adiacientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam ut predictum est, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad dictas domos et curtilagia pertinentibus, et cum omnibus eschaetis que de dictis domibus cum pert. suis quocumque casu interveniente accidere potuerunt, sine aliquo retenemento ; ita quod nec ego Andreas Amar' nec heredes mei nec assignati nec aliquis per me seu pro me, seu racione mei ius vel clameum seu calumpniam in dictis domibus, croftis et curtilagiis aut in ipsorum pertinenciis seu eschaetis de cetero aliquatenus exigere poterimus seu calumpniari. Ego vero [etc. warranty], de omnimodis serviciis curiarum sectis, exaccionibus quibuscumque et demandis, et contra dominum regem et eius ballivos et capitales dominos feodi et quoscumque mortales sectas seu servicia exigentes in perpetuum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Gilberto de Kirkeby.[2]

fol. 19 (*cont.*).

fol. 19*v*.

75.

Couele.[3]

Tractatus de Willelmo Burgan.[4]

Carta eiusdem de una acra et dimidia.

c. 1250.

fol. 22.[5]

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum

[1] The Sandford house was founded in 1240. See Nos. 1, 2, 4 etc. *supra*.

[2] See p. 27 *supra*, note 3.

[3] Church Cowley, near Oxford; *Couele* is written in red, at top of folio, *capella B. Mariae de Saunford* has been added in the margin, below the rubric, by Wood.

[4] He was a descendant of William de Kersinton' (Garsington) and of Henry his son : see No. 80 *infra*, p. 61, and Nos. 54 and 65 *supra*.

[5] Fols. 20–21v. are blank.

fol. 22 (*cont.*). pervenerit Willelmus Burgan de Chirchecouele salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis et lumini capelle beate Marie de Saundford' in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro me et heredibus meis, unam acram et dimidiam terre de dominico meo in quadam quarentena que vocatur Medcroft, unde una acra iacet per se in dicta quarentena iuxta terram quam Willelmus Roland tenet ad firmam de me et extendit se versus austrum ad gardinum Roberti Cute, et alia dimidia acra iacet in eadem quarentena iuxta quamdam dimidiam acram quam Templarii habent de me, cuius caput australe se extendit ad gardinum Roberti le Haneber', habendas et tenendas predictas acras [*sic*] et dimidiam terre cum omnibus suis pert. predictis fratribus et eorum successoribus ad lumen capelle predicte de me et heredibus meis, libere, quiete, integre, in pace, sine aliquo impedimento vel contradiccione mei vel heredum meorum in perpetuum. Et ego [etc. warranty] ab omni servicio, secta curiarum, consuetudine et hundredis. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma de Frankeleyn.

76.

c. 1250. Carta de duabus buttis in Hallecroft.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Chirchecouele salutem in domino. Noveritis me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et omnibus sanctis, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia Salomonis, in puram et perpetuam elemosinam, duas buttas terre mee ad luminare beate Marie in capella de Couele, videlicet illas que iacent in campo qui vocatur Hallecroft iuxta tres dimidias acras terre quas Beatricia soror dicti Willelmi tenet de eodem W., quarum partes duarum buttarum terre orientales se extendunt et abuttant usque ad sepes que fuerunt quondam Willelmi Motte, habendas et tenendas predictas buttas terre cum omnibus pert. suis sicut mete et divise undique proportant et condonant in perpetuum dictis magistro et

fratribus de me et heredibus meis vel assignatis, libere, quiete, bene, pacifice et integre sine aliqua exaccione mei vel heredum meorum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo de Mildecumbe,[1] Iohanne Eustachio. *fol.* 22 (*cont.*).

77.

Carta de una acra in Medecroft. *c.* 1250.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Couele salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam acram terre cum pert. de dominico meo in Medcroft, que iacet inter terras Galfridi de Littlemor', cuius caput australe tendit ad gardinum Wade, habendam et tenendam predictam acram terre cum pert. ipsis fratribus et eorum successoribus de me et heredibus meis adeo libere et quiete sicut aliqua elemosina aliquibus religiosis dari, confirmari poterit et concedi melius | et liberius. Ego vero [etc. warranty]. Ut autem *fol.* 22*v.* [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma Frankelein.

78.

Carta eiusdem de una acra in Medcroft. *c.* 1250.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Couele salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, pro me et heredibus meis unam acram terre cum omnibus pert. suis in campo qui vocatur Medcrofte, quam Galfridus de la Porte quondam tenuit per terminum de eodem Willelmo Burgan, una cum quadam sellione terre mee que iacet sub sepibus Willelmi Motte, cuius pars borealis se extendit usque ad viam ecclesiasticam, que quidem sellio continet latitudinem dimidie acre sicut decet

[1] See p. 50 *supra*, note 2.

fol. 22*v*. (*cont.*). tante terre cum omnibus pert. suis, habendam et tendendam predictis fratribus et eorum successoribus de me et heredibus meis predictam acram una cum predicta sellione, libere, quiete, integre et pacifice, sine aliqua reclamacione seu impedimento mei vel heredum meorum. Et ego [etc. warranty] ab omni servicio et consuetudine et sectis curiarum et hundredis. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Th. le Frankel'.

79.

c. 1250. Quietum clamacio de crofta Willelmi Motte.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Couele salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia [in] puram et perpetuam elemosinam, pro anima mea et pro animabus patris mei et matris mee, antecessorum et successorum meorum, totum ius et clameum quod habui vel habere potui de illa terra quam Willelmus Motte tenuit de me, scilicet illam croftam que se extendit in viam regiam inter terram Willelmi Roland et terram Ricardi de Stowode, ita videlicet quod nec ego nec heredes mei aliud de predicta terra inposterum clamare vel exigere valemus, tenendam et habendam de me et heredibus meis, libere, integre, pacifice, et ab omni seculari servicio solute et quiete. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma le Frankel'.

80.

c. 1250. Quietum clamacio unius libre piperis.

[O]mnibus etc. Willelmus de Burgan de Chirchecouele salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse [etc.] deo et beate Marie semper virgini et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia et eorum successoribus totum ius et clameum quod habui vel quod habere potui vel in eternum habere potero seu quod aliquis racione mei in posterum exigere poterit, in liberam, puram et perpetuam

elemosinam, in illa, videlicet, libra piperis quam Gilbertus Faber de Temple Couele et Henricus filius eius antecessoribus meis scilicet Willelmo de Kersinton'[1] et Henrico filio suo et mihi annuatim ad nativitatem beate Marie reddere | solebant pro illo mesuagio cum crofto sibi adiacente quod Thurkil filius Ricardi aliquando tenuit, una cum duabus acris terre forinsece tenure antecessorum meorum apud Hockemere prout in cartis predictorum antecessorum meorum Willelmi et Henrici super hoc confectis plenius continetur, habendum et tenendum dictis magistro et fratribus et eorum successoribus illud mesuagium et dictas duas acras terre, una cum libra piperis antedicta, libere, quiete, pacifice, integre ut predictum est, absque aliqua reclamacione mei vel heredum meorum seu successorum. Et ego [etc. warranty] de omnimodis querelis, exaccionibus curiarum sectis, contra omnes mortales in perpetuum. Ita quod nec ego nec aliquis per me seu pro me ius vel clameum in dicto mesuagio cum crofto et duabus acris terre et in libra piperis antedicta decetero exigere poterimus seu calumpniari. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma capellano, vicario ecclesie de Couele.

fol. 22*v.* (*cont.*).

fol. 23.

81.

Carta de xii. denariis annui redditus. *c.* 1250.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Couele salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum, duodecim denarios annui redditus quos annuatim solebam percipere de Waltero Hakemere et Iuliana uxore eius ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis iii. denarios et ad festum Natalis Domini tres denarios et ad festum beate Marie in Marcio iii. d. et ad festum sancti Iohannis Baptiste tres d., videlicet pro quadam terra quam tenent de me que iacet inter terram Roberti Maltale et Iuliane Stephani, una cum omnibus pert. et eschaetis que de dicta terra in perpetuum poterunt accidere, scilicet ad sustentandum luminare coram beate virgine in capella de

[1] See Nos. 84, 88 *infra*, pp. 63 and 66.

fol. 23 (*cont.*). Couele, habendos et tenendos predictis fratribus de me et heredibus meis in perpetuum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et ego [etc. warranty]. In cuius [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma Frankelano.

82.

c. 1250. Carta de sex denariis redditus assisi.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Chirchecouele salutem in domino. Noveritis me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis sex denarios redditus assisi in perpetuum, illos videlicet quos Willelmus Attefenn' de Couele mihi reddidit annuatim ad festum sancti Thome Apostoli ante Natale pro tribus acris, quarum due iacent iuxta granam de Yiftele versus orientem in le Witelong' et tercia in Hoforlong', habendos et tendendos vi. denarios predictos redditus assisi in perpetuum cum omnibus eschaetis inde provenientibus dictis magistro et fratribus de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice, integre, sine aliquo exaccione mei vel heredum meorum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo de Mildecumbe.[1]

83.

c. 1200. Carta de uno mesuagio et crofto et duabus acris terre.

[S]ciant presentes et futuri quod ego Henricus de Kersinton'[2] assensu et consilio uxoris mee Emme, dedi etc. *fol.* 23*v*. Gileberto Fabro de Temple | Couele unum mesuagium cum crofto suo apud Couele quod Thurkil filius Ricardi tenuit, et duas acras terre forinsecas teneature mee de Hockemere quarum una [*sic*] dominus Willelmus[3] pater meus predicto Gilberto Fabro pro homagio et servicio quod sibi fecit cum predicto mesuagio et crofto dedit et incartavit, habendum et tenendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere et quiete, pacifice et honorifice ab omnibus secularibus serviciis, reddendo inde

[1] See p. 50, note 2 *supra*.
[2] See Nos. 54 and 80 *supra*, pp. 45 and 61.
[3] He confirms this deed in No. 84 *infra*, p. 63.

mihi et heredibus meis ipse et heredes sui annuatim unam libram piperis ad nativitatem sancte Marie pro omnibus serviciis. Et ego [etc. warranty]. Et si ego et heredes mei non poterimus warantizare ei et heredibus suis predictam terram dabimus ei et heredibus suis escambium ad valenciam per visum amicorum nostrorum et suorum. Ipse vero Gilbertus Faber propter donacionem et confirmacionem patris mei dedit prenominato patri meo unam marcam argenti in gersumma, et domine Matilde matri mee xii. d. et mihi unum par calcarium. Et predictam acram cum mesuagio idem Gilbertus Faber cum ii. solidis erga me relevavit. Et propter concessionem et confirmacionem meam alterius acre quam dedi predicto Gilberto Fabro pro homagio et servicio suo quod mihi fecit, dedit mihi prenominatus Gilbertus Faber xvi. s. in gersumma et Emme uxori mee vi. d. et Luce fratri meo unum kniplum. Et ut ista donacio rata et inconcussa permaneat ex utra parte affidata est et sigillorum nostrorum impressione confirmata. Hiis testibus, Waltero capellano. *fol.* 23*v.* (*cont.*).

84.

[William de Kersinton'[1] grants a messuage and one acre to Gilbert Faber.] *c.* 1200.

[O]mnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos [etc.] Willelmus de Kersinton' salutem in domino. Sciatis me assensu Henrici heredis mei et uxoris mee Matilde dedisse [etc.] Gilberto Fabro de Temple Couele pro homagio et servicio suo mihi facto unum mesuagium cum curtilagio apud Couele quod Thurkil filius Ricardi tenuit et unam acram terre forinsecam teneature mee de Hokemere, habendum et tenendum illi et heredibus suis de me et heredibus meis, libere et quiete ab omnibus secularibus serviciis, reddendo inde annuatim unam libram piperis ad natale beate Marie pro omnibus serviciis. Et ego [etc. warranty]. Pro hac vero donacione et concessione prefatus Gilbertus dedit mihi unam marcam argenti in gersumma. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Iacobo capellano, domino Ricardo capellano de Templo.

[1] See p. 61 *supra*, note 1.

85.

c. 1240–1250.

Carta de una acra et dimidia.

fol. 23*v.* (*cont.*). [O]mnibus etc. Radulphus Burgan de Couele salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, tres dimidias acras terre arabilis in campis de Couele cum omnibus suis pert., quarum due dimidie acre iacent in campis de Couele quod [*sic*] vocatur ye Wodefelde, iuxta terram Iohannis Crok' de Couele, et abuttant se ad duo capita super viam que vocatur Hatteweye ; alteria dimidia acra iacet in campis de Couele quod [*sic*] vocatur Puppelowe iuxta terram Iohannis Crok' de Couele ex parte orientali et abuttat super viam de Yiftele, cum omnibus pert. et cum toto iure et clameo quod ego predictus Radulphus et heredes mei vel assignati mei quicumque in predictis *fol.* 24. tribus dimidiis acris terre arabilis | aliquatenus habere possumus, habendas et tenendas predictas tres dimidias acras terre cum omnibus suis pert. et libertatibus et liberis consuetudinibus et aysiamentis ad predictas tres dimidias acras spectantibus de me et heredibus meis vel assignatis meis quibuscumque predictis magistro et fratribus et eorum successoribus, adeo libere et quiete, solute, integre, et pacifice, et honorifice, in liberam puram et perpetuam elemosinam in perpetuum, sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo liberius, purius, plenius seu melius dari poterit vel conferri ; similiter insuper absque omni seculari servicio, consuetudine, sectis curiarum, exaccione et omnimoda alia seculari demanda. Et ego [etc. warranty] contra omnes homines Cristianos et Iudeos. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma Frankelein.

86.

c. 1240–1250.

Carta de una acra et dimidia.

[O]mnibus etc. Radulphus Burgan de Couele salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me

pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam acram et dimidiam terre arabilis in campis de Couele cum omnibus undique suis pert., cuius dimidia acra iacet in campo quod [*sic*] vocatur Pippelewe inter terram quam Galfridus ad portam tenuit et terram quam Iohannes Cock' tenuit; et alia dimidia acra iacet in campo qui vocatur Schortebroch' inter terras quas Ricardus Galowe et Henricus Pittelt quondam tenuerunt de persona de Yiftele; et una roda iacet in eodem campo inter terram quam Iohannes Cock' tenuit et terram quam Willelmus Ordewy tenuit de abbate de Oseneia; et una alia roda iacet in campo quod [*sic*] vocatur Hallecroft prope viam que se extendit versus ecclesiam cum omnibus pert. et cum toto iure et clameo quod ego predictus Radulphus vel heredes mei vel assignati quicumque in predicta acra terre et dimidia aliquatenus habere possumus, habendam et tenendam predictam terram cum omnibus pert. suis et libertatibus et liberis consuetudinibus et aysiamentis ad predictam terram aliquo iure spectantibus de me et heredibus meis vel assignatis meis quibuscumque, predictis magistro et fratribus et eorum successoribus, adeo libere et quiete, solute, plene, pacifice, integre, et honorifice, in liberam, puram et perpetuam elemosinam in perpetuum, sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo vel ab aliquibus liberius, purius, plenius seu melius dari poterit vel conferri, similiter insuper absque omni seculari servicio, consuetudine, sectis curiarum, exaccione et omnimoda alia seculari demanda. Et ego [etc. warranty] contra omnes homines Cristianos et Iudeos. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Burgan, Andrea Amar', Thoma Frankelein, Ricardo Frankel', Hugone de la Fenn' et aliis. *fol.* 24 (*cont.*).

87

Carta eiusdem [*sic*] de quatuor buttis in Hallecroft et duabus foreris. *Between c.* 1240 *and* 1249.

[O]mnibus etc. Willelmus Burgan de Couele salutem in domino. Noveritis me dedisse [etc.] deo et ad luminare *fol.* 24*v*.

f

fol. 24*v.* (*cont.*). beate Marie de Couele et fratribus milicie Templi ibidem deo servientibus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et antecessorum meorumque successorum quatuor buttas, tres dimidias acras et duas foreras capitales terre arabilis de dominicis meis cum suis pert., quarum quatuor butte iacent in Hallecroft et extendunt ad hayam que vocatur Matteshey, et tres dimidie acre iacent in Medecroft propinquiores fossate eiusdem versus orientem, et una forera capitalis iacet ad superiorem capitem [*sic*] eiusdem Medecrofti et extendit se in longitudine de curtilagio Ricardi de Furno usque ad terram Philippi Mimekan[1], et alia forera capitalis iacet ad inferiorem capitem [*sic*] eiusdem Medcrofti et extendit se a fossata versus orientem usque ad terram quam quondam tenuit Ricardus Stowode in libero maritagio cum Beatricia uxore eius in eodem Medcrofto, habendas et tenendas libere, quiete, et integre, in perpetuum, absque aliquo servicio seculari, secta curiarum inde faciendo. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo de Bellafago.

88.

c. 1200. Carta Willelmi de Kersintona[2] de duabus acris terre.

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Kersintona consilio et assensu Matilde uxoris mee et Henrici filii mei dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis duas acras terre mee super Hanechulle que extenduntur in Horepatte, in puram et perpetuam elemosinam, liberam, solutam et quietam ab omnibus serviciis et exaccionibus, habendas et tenendas in perpetuum de me et heredibus meis pro animabus Roberti de Sancto Remigio[3] et Iuliane de Sancto Remigio et Ricardi filii Nigelli[4] dominorum meorum et pro salute anime mee et

[1] He was dead by 1249. See p. 43 *supra*, note 2.
[2] See No. 84 *supra*, p. 63.
[3] Lord of Iffley.
[4] See No. 63 *supra*, p. 51. He married Juliana de Sancto Remigio and held the manor of Iffley from c. 1190 till c. 1220. (*Cart. Hosp. St. John Baptist* i, 15.) A son or grandson, Robert, held it in 1279. (*Hundred Rolls*, ii. 711.)

omnium antecessorum et successorum meorum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone capellano de Couele. *fol.* 24*v.* (*cont.*).

89.

Beckele.[1] *c.* 1146.
[Reginald of St. Valery grants the church of Beckley.] *fol.* 25*v.*[2]

R. de Sancto Walerico[3] omnibus [etc.] salutem. Sciatis me dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam fratribus Templi ecclesiam de Beckele pro anima mea et pro anima Bernardi filii mei et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum et omnium benefactorum meorum et pro omnibus illis qui mecum Iherosolimam contendere cupiunt.[4] Et ideo volo et precipio ut ipsi illam ecclesiam habeant et teneant quiete et honorifice et libere. Testibus, Hugone de Bello Ramo, Reginaldo de Surpe Campo.[5]

90.

Littlemor'. *c.* 1219.
Carta Margarete de Quency.[6] *fol.* 26.

[M]argareta de Quency comitissa Winton' omnibus [etc.] salutem. Sciatis me in libera viduitate mea[7] postquam feci domino meo regi homagium pro hereditate mea dedisse [etc.] Rogero de Sancto Andrea, pro homagio et servicio suo, totam terram de feodo meo in villa de Littlemor', cum pratis et pascuis et cum omnibus pert.

[1] Beckley, Oxon.

[2] Fol. 25 and the rest of fol. 25*v.* are blank.

[3] Reginald of St. Valery, ob. 1166. He was in the Holy Land from *c.* June 1157–1160, according to a note by the late Marquis d'Albon in a manuscript transcript, but I have been unable to verify this.

[4] This last phrase suggests a reference to the Second Crusade, in which case this deed should be dated *c.* 1146.

[5] He attests a charter of Reg. of St. Valery to Eynsham (*E.C.* I, 70.)

[6] Daughter of Robert III, earl of Leicester, and of Petronella de Grantmesnil. After the death of her brother Robert IV, earl of Leicester, in 1204, she succeeded, with her elder sister Amicia, widow of Simon de Montfort III, to the Beaumont estates. Ob. 1235. (See *The Complete Peerage*, vii, p. 535, s.v. Leicester.)

[7] Her husband, Saer de Quincy, 1st earl of Winchester, died at Acre in 1219.

fol. 26 (*cont.*). suis et libertatibus et aysiamentis, in villa et extra villam, habendam et tenendam de me et heredibus meis in feodo et hereditate sibi et heredibus suis vel assignatis suis in perpetuum, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, per servicium unius militis pro omnibus serviciis et consuetudinibus que ad me et heredes meos pertinent. Et ego [etc. warranty]. Testibus hiis, Rogero de Quency,[1] Willelmo de Knapewell' tunc temporis senescallo, Everardo de Trumpeton', Sehero de Santo Andrea, Willelmo Burdet, Iohanne Friday, Willelmo de Choonnoc, David Giffard, Petro de Sancto Edwardo, Bartholomeo filio Willelmi, et pluribus aliis.

91.

c. 1230. Carta Rogeri de Sancto Andrea de terra de Littlemor'.

[O]mnibus etc. Rogerus de Sancto Andrea miles salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum et anima domini Saerii de Quency[2] et pro anima comitisse Margarete uxoris eiusdem[3] in puram et perpetuam elemosinam totam terram meam in Littlemor' cum omnibus pert. suis, excepta terra quam dedi monachis de Garewedon'[4] in eadem villa, et exceptis octo solidis annuis quos dedi monialibus de Littlemor', quam terram videlicet domina Margareta de Quency dedit mihi in feodo et hereditate, pro homagio et servicio meo, et heredibus vel cuicumque vel quibuscumque eam assignare voluero, per servicium unius militis pro omni servicio et exaccione et demanda, habendam et tenendam predictis fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia et eorum successoribus in perpetuam et puram elemosinam, libere et quiete, plene, integre pacifice et honorifice, in pratis, in pascuis, in pasturis, in viis, in semitis, in umariis et piscariis, et

[1] Second son of countess Margaret and of Saer de Quincy, 1st earl of Winchester. His elder brother Robert had died in 1217, his father at Acre in 1219; but he did not become earl of Winchester until after his mother's death in 1235.

[2] 1st earl of Winchester 1207–1219.

[3] See p. 67 *supra*, note 6.

[4] Gerondon, Leics., a Cistercian house, founded by Saer de Quincy.

in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et aysiamentis ad totam predictam terram cum pert. pertinentibus, infra villa [*sic*] et extra villam, quietam ab omni servicio seculari et demanda mihi et heredibus meis sive meis assignatis pertinentibus; salvo tamen servicio capitali domino[1] illius feodi quod sibi ex inde debetur. Ego autem [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma de Sandford', Garino filio Geraldi, Ricardo Mace de Brackele,[2] Radulpho de Sandford', Matheo de Bikestrop, Alexandro de Kumbis,[3] Hugone Choche de Gersind', Waltero de Tywe,[4] Willelmo de Middelcumbe[4] clerico, et aliis. *fol.* 26 (*cont.*).

92.

[Letters Patent of Roger de Sancto Andrea.] *c.* 1230.

[R]ogerus de Sancto Andrea dilectis et fidelibus suis etc. salutem. Mitto vobis Hugonem prepositum meum de Littlemor' cum litteris istis patentibus sigillo meo sigillatis ad testificandum vobis et omnibus aliis quod dedi fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam terram meam cum omnibus pert. suis in Littlemor', in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum. Quare vobis mando firmiter in fide qua mihi tenebamini quatinus omni dilatione et contradiccione postpositis amodo sitis eisdem fratribus omnino intendentes in omnibus in quibus mihi tenebamini et consueti fuistis et vos ab omni impeticione et iniusta vexacione mei vel meorum decetero quietosclamo quantum ad me pertinet. Valete. In huius autem rei testimonium has litteras nostras patentes vobis transmitto.

93.

Confirmacio eiusdem. *Between* 1236 *and* 1240.[5]

[S]ciant etc. quod ego Saerus de Sancto Andrea concessi

[1] i.e. Margaret de Quincy and her heirs.

[2] Witnesses charter of Thomas de Sandford II, c. 1240. See No. 1 *supra*, p. 3.

[3] Witnesses charters of A. de Pyrton and Th. Peverel. See Nos. 2 and 5 (c. 1240) *supra*.

[4] See p. 50 *supra*, note 2.

[5] See p. 70 *infra*, notes 1 and 2.

fol. 26*v*. et quietum clamavi quantum ad me pertinet donacionem et concessionem quod [*sic*] Rogerus de Sancto Andrea frater meus fecit deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia de tota terra sua de Littlemor' cum omnibus pert. suis in perpetuam elemosinam. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Iohanne de Lacy comite Linc',[1] domino meo Rogero comite Winton',[2] domino Gilberto Basseth,[3] Iohanne Monacho, Everardo de Trumpeton', Willelmo de Bosco, Willelmo Taleboth, et multis aliis.

94.

1236–1240. Confirmacio eiusdem.

[O]mnibus etc. Rogerus de Quency comes Winton',[4] constabularius Scotie salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum dedisse [etc.] quantum ad me et ad heredes meos pertinet deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia pro me et heredibus meis scutagia et relevia et demandas et omnia alia servicia que ad me vel ad heredes meos pertinent vel accidere poterunt in futuro de feodo meo de terra de Littlemor' quam dicti fratres habent de dono domini Rogeri de Sancto Andrea[5] cuius anime propicietur deus, habenda et tenenda predictis fratribus milicie Templi et eorum successoribus in puram et perpetuam elemosinam, ita libere et pacifice et quiete quod nec ego nec aliquis heredum meorum de predicto feodo de Littlemor scutagium vel relevium vel aliquid aliud servicium exigere valeamus, nec aliquid aliud quod ad dictum feodum pertinet vel pertinere poterit in futuro. Et ego [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, dominis Willelmo Louel, Sehero de Sancto Andrea,[6] Iohanne le Moyne, Henrico Biset, Iohanne de Alneto, Henrico de Alneto militibus, domino Philippo Louel, Briano clerico et aliis.

[1] John de Lacy became earl of Lincoln, in right of his wife Margaret, daughter of Robert de Quincy, 22 Nov. 1232. Ob. 1240.

[2] Roger de Quincy, 2nd earl of Winchester 1235–1264; became Constable of Scotland in right of his wife, in 1236.

[3] Eldest son of Alan Basset of Wycombe and brother of Fulk, bishop of London.

[4] See note 2 *supra*.

[5] See No. 91 *supra*, p. 68.

[6] See No. 93 *supra*, p. 69.

95.

Littere de seysina habenda. *c.* 1230. *fol.* 26*v.* (*cont.*).

[R]ogerus de Sancto Andrea karissimo amico suo. G. Cursario salutem et dileccionem. Sciatis quod dedi fratribus milicie Templi totam terram meam de Littlemor' cum omnibus pert. sicut per cartam[1] quam de me habent perpendere poteritis, quod quidem omnibus hominibus et tenentibus meis litteris meis patentibus significo. Quare vos precor ut amicum de quo plene confido quatinus pro amore meo et amore predictorum fratrum sine dilacione eosdem fratres in plenam seysinam predicte terre loco mei ponatis, quia vos procuratorem meum ad hoc constituo de quo plene confido. Et in huius rei robur et testimonium has litteras meas patentes vobis transmitto sigillo meo sigillatas. Et si contigerit quod ad hoc faciendum impediti fueritis aliquo casu, constituo Ricardum de Tornevill' procuratorem meum, et vos etiam faciatis ad omnia predicta sine dilacione exequenda. Valete.

96.

Confirmacio Willelmi Caysun de dono Ualonis de Bray. *c.* 1180.

[W]illelmus Caisun omnibus fidelibus etc. salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse deo et fratribus meis militibus Templariis donacionem illam quam eis fecit Walo de Bray in villa de Littlemore de xx. solidatis terre et de sede unius molendini et acra una ad residenciam molendinarii cum ceteris omnibus necessariis. Quare volo et firmiter precipio quod predicti milites fratres habeant et teneant hec supradicta omnia bene et in pace et libere et quiete et honorifice sicut aliquam aliam elemosinam melius vel liberius habent vel tenent. Testibus, Humfrido clerico, et Hugone de Caison et Petro de Caison, et Iordano de Pod' et Roberto de Croft, et Willelmo de Stratford et Radulpho de Almer'[2] et W. filio Rogeri et Stephano de Parco, et Radulpho de Salc', et W. filio Pagani et Ranulfo de Sest', et Rogero.

[1] See Nos. 91 and 92 *supra*, pp. 68 and 69.
[2] Ralph Danvers. See p. 42 *supra*, note 1.

97.

1223. *fol.* 27. [Agreement between Iordan de Walikeruill' and Roger de Sancto Andrea.]

[H]ec est convencio facta inter Iordanum de Walikeruill' et Rogerum de Sancto Andrea, scilicet quod predictus Iordanus restituet predicto Rogero triginta tres marcas sterlingorum quas predictus Rogerus pacavit predicto Iordano pro quieta clamacione terre de Littlemor', quam terram predictus Iordanus clamavit versus eum in curia domini regis.[1] Si forte ita contigerit quod absit quod predictus Rogerus terram illam amittat per aliquos alios heredes propinquiores ex progenie predicti Iordani, et si predictus Rogerus forte terram illam amittat per eius defectum vel per pacem inde faciendam, predictus Iordanus nullum denarium eidem Rogero restituet. Ad hanc convencionem fideliter et firmiter ex utraque parte observandam presens cirographum utriusque partis fide et sigillo corroboratum est. Hiis testibus, Rogero Torpel, Hugone de le Ha', Rogero de Giudy, Henrico Gigan', Willelmo de Meynill', Henrico Cissor', Iohanne clerico et aliis.

98.

1274.[2] [Brother Robert de Thorp, abbot of Gerondon, grants land in Littlemore.]

[O]mnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris frater Robertus de Thorp permissione divina abbas de Gernedon'[3] et eiusdem loci conventus salutem in domino sempiternam. Noveritis nos dedisse [etc.] in puram, liberam et perpetuam elemosinam, deo et beate Marie ac fratribus milicie Templi Ierosolitani quoddam mesuagium et totam terram illam quam habuimus in villa de Littlemor' iuxta Yiftel' de dono domini Rogeri de Sancto Andrea,[4] cum pratis adiacentibus et cum omnimodis pert. et libertatibus eisdem mesuagio et terre spectantibus, et totum ius et clameum quod habuimus vel

[1] See *Oxfordshire Fines*, p. 67, No. 70. The date of the Fine is 25 Feb. 1223. Roger had given Iordan 30 marks and a palfrey worth 3 marks.

[2] See No. 99 *infra*.

[3] Gerondon (or Geraldon), Leics., was a Cistercian house, founded from Waverley, Kent. See p. 68, note 4 *supra*.

[4] See No. 91 *supra*, p. 68.

aliquo modo habere potuimus in predictis mesuagio et terra sive in suis pert., absque ullo retenemento nostri vel successorum nostrorum, habendum et tenendum eisdem fratribus et successoribus suis libere, quiete, pacifice, pure et integre, in puram, liberam et perpetuam elemosinam, adeo pure et libere sicut aliqua elemosina melius, liberius vel purius dari poterit aut assignari, ita quod nos vel successores nostri in predictis mesuagio, terra, et pratis vel in aliquibus pert. suis quicquam iuris vel clamii decetero ullatenus vendicare aux exigere valeamus. Nos vero [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Fulcone de Ruycote, domino Willelmo le Waleys domino de Aulep' in comitatu Leyc', Roberto le Waleys, domino de Swythelond', Radulpho Burd de Querendon'. *fol.* 27 (*cont.*).

99.

[The abbot of Gerondon appoints attorneys to give seisin of lands in Littlemore.] 22 Oct. 1274.

[O]mnibus etc. frater R. abbas de Gerondon' et eiusdem loci conventus salutem in domino sempiternam. Noveritis nos constituisse, fecisse et attornasse dilectum nobis nostrum Thomam de Birmingham clericum atornatum nostrum ut nomine nostro et loco nostri tradat, liberet et habere faciat fratribus milicie Templi Salomonis Ierosolimitanis [*sic*] bonam et firmam seysinam de omnibus edificiis, terris, pratis, cum omnibus pert. suis que habuimus in Littlemor' iuxta Yiftele de dono domini Rogeri de Sancto Andrea. Que quidem omnia eisdem fratribus dedimus, concessimus et perpetuo quieta clamavimus. In cuius rei testimonium eidem Thome has litteras nostras habere fecimus patentes. Datum apud Gerudon' die Lune proxima ante festum apostolorum Symonis et Jude, anno gracie. m°. cc°. lxx°. quarto.

100.

[Mandate of Br. Robert de Thorp, abbot of Gerondon.] 22 Oct. 1274.

[F]rater R. de Thorp, permissione divina abbas de Gerudon', dilecto sibi Thome de Birmingham salutem et

fol. 27 (*cont.*). amorem. Mandamus tibi quod visis litteris presentibus eas manifeste et aperte [exequaris] cum venerabili viro fratre Roberto le Escropp'[1] domorum milicie Templi de Couele et de Saunford' preceptore, et ponas ipsum et omnes successores suos in bonam et apertam seysinam de omnibus edificiis, mesuagiis, terris, pratis cum omnimodis pertinenciis que habuimus de dono domini Rogeri de Sancto Andrea in villa de Littlemor' iuxta Yiftel'. In cuius rei testimonium has litteras nostras tibi mittimus patentes. Datum apud Gerudon' die Lune proxima ante festum apostolorum Symonis et Iude, anno gracie m°. cc°. lxx°. quarto.

101.

1225.[2] *fol.* 29.[3]

Horsepath'[4]
Feofamentum de Horsepath.

[O]mnibus etc. Bernardus Mulet salutem in domino. Noverit universitas vestra quod ego per assensum et voluntatem Bernardi Mulet, filii mei et heredis, concessi [etc.] magistro et fratribus milicie Templi in Anglia totam terram meam de Horsepath' superiori et inferiori ad feodi firmam cum omnibus pert. suis, scilicet in bosco et plano, in dominico et villenagio, in pratis et pascuis, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus que ad me vel ad heredes meos pertinent, habendam et tenendam predictis magistro et fratribus Templi in Anglia de me et heredibus meis libere, integre, et quiete in perpetuum ; reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis, vel clerico atornato nostro, ix. marcas argenti in bonis et legalibus sterlingis in domo Templi de Oisemund',[5] scilicet infra octabas sancti Iohannis Baptiste per manum predicti magistri milicie Templi in Anglia vel per manum procuratoris eiusdem pro omni servicio et exaccione, salvo tamen servicio domini regis quantum pertinet ad terram illam, et salvo iure patronatus ecclesie de Horsepath' quod ad

[1] Preceptor of Sandford by 8 March 1265 (see No. 126 *infra* p. 91) and still preceptor (of Sandford and Cowley) in 1279. (*Hundred Rolls*, ii. 722.)

[2] See No. 103 *infra*, p. 76.

[3] Fols. 27v.–28v. are blank.

[4] Horspath, near Oxford.

[5] = Oisemont, dep. of the Somme, France.

heredes[1] domini Thome de Sancto Walerico pertinet. Et preterea predicti magister et fratres milicie Templi adquietabunt me et heredes meos versus heredes predicti domini Thome de Sancto Walerico de sexaginta solidis sterlingorum annuatim ad quatuor terminos eisdem solvendis pro eadem terra, scilicet ad Natale Domini xv. solidos, ad festum sancte Marie in Marcio xv. s., ad festum sancti Iohannis Baptiste xv. s. et ad festum sancti Michaelis xv. s., quos sexaginta solidos homines terram in predictis villis de Horsepath' tenentes predictis magistro et fratribus Templi annuatim ad predictos terminos solvere tenentur. Et si ego vel heredes mei per voluntatem domini regis vel per voluntatem capitalis domini feodi vel aliquo modo aliter fuerimus disseisiti, licebit predictis magistro et fratribus milicie Templi predictum feodum sequi, et ipsis qui dictam disseisinam fecerint firmam pro dicta terre reddere annuatim quam ipsi mihi et heredibus meis reddere debeant et solebant, quousque seysinam poterimus recuperare. Sciendum est etiam quod si predicti magister et fratres milicie Templi in Anglia in solucione dictarum ix. marcarum ad predictum terminum defecerint, mihi licebit et heredibus meis districcionem facere in predicta terra de Horsepath' secundum leges Anglie donec predicte ix. marce mihi vel heredibus meis persolvantur. Ego autem [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Hugone de Saundford', domino Waltero Foliot, Ricardo Foliot, Gentechiu Paupere, Waltero filio Pagani de Gersind', Hugone filio Ricardi de Gersindon', Radulpho de Saundford, Willelmo de Leuekenor' et aliis. *fol.* 29 (*cont.*).

102.

Confirmacio eiusdem. 1225.[2]

[O]mnibus etc. Bernardus Mulet Iunior, filius Bernardi Mulet, salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse [etc.] magistro et fratribus milicie Templi in Anglia dimissionem, concessionem et confirmacionem quam predictus Bernardus pater meus eisdem magistro

[1] i.e. Robert count of Dreux and lord of St. Valery (1218–1233) (See p. 76, note 3 *infra*); in 1233 the fee of St. Valery passed to Richard, earl of Cornwall.

[2] See No. 103 *infra*, p. 76.

fol. 29 (*cont.*). et fratribus Templi in Anglia fecit de terra de Horsepath' superiori et inferiori, habendam et tenendam ad feodi firmam predictis magistro et fratribus milicie Templi in Anglia cum omnibus pert. suis et libertatibus in bosco et plano, in dominico et villenagio, in viis et semitis, et in omnibus aliis, libere, quiete et integre, in perpetuum, faciendo singulis annis inde idem servicium per omnia et in omnibus quod in carta[1] iam dicti Bernardi Mulet patris mei, quam idem magister et fratres Templi inde habent, continetur, et eodem modo sicut eadem carta testatur. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone de Saundford', Waltero Foliot, et aliis eisdem ut in proxima superiori carta.

103

July 1225. *fol.* 29*v*. [Letters Patent of Bernard Mulet.]

[B]ernardus Mulet dilectis et fidelibus suis universis hominibus suis de Horsepath' inferiori et superiori salutem in domino. Universitati vestre significo quod ego, per assensum et voluntatem Bernardi Mulet filii mei et heredis, dimisi fratribus milicie Templi totam terram meam de predictis Horsepath' cum omnibus ad me et ad heredes meos pertinentibus ad feodi firmam. Ideo mando universitati vestre, firmiter precipiens quatinus decetero in perpetuum dictis fratribus milicie Templi sitis sicut dominis vestris intendentes, [et] eisdem omnia servicia et omnes consuetudines in omnibus que mihi debuistis facere et consuevistis faciatis. In huius igitur rei testimonium has litteras nostras patentes sigillo meo munitas vobis universis transmitto. Actum apud Aymund'[2] anno gracie m°. cc°. xxv. mense Iulio.

104.

1225. Confirmacio eiusdem.

[O]mnibus etc. Robertus[3] comes Dreucarum et dominus

[1] No. 101 *supra*, p. 74.

[2] =Oisemund' in No. 101 *supra* i.e. Oisemont, in the department of the Somme, in France, where there was a preceptory of the Templars.

[3] Robert of St. Valery became count of Dreux in 1218; ob. 1233. (See p. 75, note 1 *supra*).

Sancti Walerici salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse [etc.] magistro et fratribus milicie Templi in Anglia dimissionem, concessionem, et confirmacionem quam Bernardus Mulet eisdem fratribus Templi fecit de terra sua de Horsepath' inferiori et superiori ad feodi firmam, habendam et tenendam fratribus predictis, magistro et milicie Templi in Anglia de predicto Bernardo Mulet et heredibus suis in bosco et plano, in dominico et villenagio, in pratis et pascuis, in viis et semitis, et in omnibus rebus et in omnibus locis, infra villam et extra ad predictam terram pertinentibus, libere et integre, pacifice et quiete in perpetuum; reddendo mihi annuatim dicto Bernardo et heredibus suis ix. marcas sterlingorum bonorum, scilicet infra octabas sancti Iohanni Baptiste pro omni servicio et exaccione, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad dictam terram; salvis etiam mihi et heredibus meis annuatim solvendis sexaginta solidis sterlingorum ad quatuor terminos anni, scilicet ad Natale Domini xv. s., et ad festum sancte Marie in Marcio xv. solidos, ad festum sancti Iohannis Baptiste xv. s. et ad festum sancti Michaelis xv. s., quos sexaginta solidos homines terram tenentes in predictis villis de Horsepath' predictis fratribus Templi annuatim ad predictos terminos debent reddere, et salva mihi et heredibus meis advocacionem ecclesie de Horsepath', salvis etiam releviis, custodiis et omnibus aliis eschaetis que ad me et ad heredes meos pertinent de predicta terra de Horsepath', que scilicet relevia et custodias et omnes alias eschaetas dicti Bernardus Mulet et heredes sui mihi et heredibus meis pro predictis fratribus Templi, cum tempus fuerit et debuerit, reddere debent et satisfacere. Ita tamen quod si dicti Bernardus Mulet et heredes sui versus me et heredes meos in aliis deliquerint, ego et heredes mei a predictis fratribus causa dictorum releviorum, custodiarum et omnium aliarum eschaetarum nihil aliud exigere poterimus nisi illas ix. marcas quas dicti fratres Templi dicto Bernardo Mulet et heredibus suis annuatim reddere debuerunt et consueverunt quousque ipse Bernardus et heredes sui mihi et heredibus meis satisfecerint pro predictis. Sciendum est etiam quod si ego et heredes mei de feodis nostris in Anglia per voluntatem domini regis vel aliter

fol. 29*v.* (*cont.*).

fol. 29*v.* (*cont.*). aliquo modo fuerimus disseisiti predicti magister et fratres Templi de omnibus predictis serviciis mihi et heredibus meis in nullo ulterius teneantur respondere quousque seysinam de predictis feodis nostris recuperare poterimus. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Henrico thesaurario Beluacensis, magistro Leodegardo, Radulpho de Augi, Thoma Barat, Thoma de Muncy, Theobaldo de Muret, Gwiberto clerico, Waltero de Withefeld', Ricardo Folioth, Galfrido de Templo clerico, et aliis.

105.

1225. [Bernard Mulet releases the rent of 9 marks for lands in Horspath, in the event of disseisin.]

[O]mnibus etc. Bernardus Mulet salutem in domino. Noverit universitas vestra quod ego per assensum et voluntatem Bernardi Mulet filii mei et heredis concessi et *fol.* 30. hac mea presenti carta | confirmavi magistro et fratribus milicie Templi in Anglia pro me et heredibus meis in perpetuum quod si ego et heredes mei per voluntatem domini regis Anglie vel per voluntatem heredum domini Thome de Sancto Walerico vel aliquo modo aliter de terra de Horsepath' inferiori et superiori quam predictis magistro et fratribus Templi in Anglia dimisi ad feodi firmam cum omnibus pert. suis, causa releviorum, custodiarum vel quarumlibet aliarum eschaetarum, seu alia quaque de causa fuerimus disseisiti, dicti magister et fratres milicie Templi de Anglia mihi et heredibus meis illas novem marcas quas nobis debuerunt et consueverunt reddere pro dicta terra de Horsepath' solvere non teneantur donec seysinam de predicta terra poterimus recuperare, sed easdem ix. marcas predictis heredibus domini Thome de Sancto Walerico persolvant si per eos fuerimus disseisiti, non obstante carta predicti magistri Templi in Anglia quam habemus penes nos de predictis ix. marcis nobis annuatim persolvendis. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, Waltero Foliot, Radulpho Harang', Ricardo Foliot, Waltero filio Pagani de Gersind', Radulpho de Saunford', Theobaldo de Muret, Willelmo de Leuekenor', Galfrido et Iohanne de Templo clericis, et aliis.

106.

Carta Ricardi filii Iohannis. 1247–1249.[1]

[S]ciant etc. quod ego Ricardus filius Iohannis dedi [etc.] in perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam terram meam quam habui in Horsepath', cum toto bosco meo et cum omnibus aliis pert. suis tam in dominicis, homagiis, redditibus, quam in wardis, releviis, et omnibus aliis serviciis ad dictam terram spectantibus, tenendam et habendam eisdem fratribus et eorum successoribus de me et heredibus meis in perpetuam elemosinam, libere, quiete, pacifice et integre, in boscis, in planis, in pratis, in campis, in viis et semitis, in aquis, stagnis et molendinis, et in omnibus locis infra villam et extra, faciendo inde mihi et heredibus meis servicium dimidii feodi unius militis pro omni servicio, exaccione et demanda mihi et heredibus meis pertinentibus, salvo servicio domini regis. Ego vero [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone de Blosem', domino Alano de Ferenham, domino Radulpho de Saundford', domino Alexandro de Chumbis, domino Willelmo Wace, domino Petro Foliot, et aliis. *fol.* 30 (*cont.*).

107.

Confirmacio eiusdem. 1247–1249.[2]

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Preston' concessi [etc.] pro salute anime mee in elemosinam deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, totam terram quam Ricardus filius Iohannis dedit eisdem fratribus in Horsepath' cum omnibus pert. suis, salvo mihi et heredibus meis servicio dimidii feodi unius militis. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho de Cesterton', Gilberto de la Hide, Alexandro de Cumbes, domino Willelmo Wace, domino Petro Foliot, Hugone de Gersind', Radulpho de Saunford', Baudewino de Coserigg', Philippo Mimekan tunc forestario de Sottouere,[2] et aliis.

[1] See note 2 *infra*, and p. 80, note 1.

[2] Philip Mimekan II succeeded his father Peter as bailiff and chief forester of Shotover in 1235 (*Excerpt e rot. fin.*, i. 289), ob. 1249. (*Cal. Inq. P.M.* I, p. 48, No. 193.) And see p. 80 *infra*, note 1.

108.

1247–1249.[1] *fol.* 30 (*cont.*).

Alia confirmacio eiusdem.

[O]mnibus etc. Willelmus de Preston' et Eustachia uxor eius que fuit uxor Roberti Musard[1] salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse [etc.] pro salute animarum nostrarum in elemosinam deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam terram quam Ricardus filius Iohannis dedit eisdem fratribus in Horsepath', cum omnibus pert. suis, salvo nobis et heredibus nostris servicio dimidii feudi unius militis. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus ut in proxima precedenti carta.

109.

1221–1228.[2] *fol.* 30*v*.

Carta de una virgata.

[S]ciant etc. quod ego Matheus de Bixtrop dedi [etc.] Andree Sparue de Horsepath' unam virgatam terre cum pert. in villa de Horsepath', scilicet illam virgatam terre quam Osbertus Sparue pater ipsius Andree tenuit, habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere, quiete, et integre pro omni servicio et exaccione salvo regali servicio, reddendo inde mihi et heredibus meis ille et heredes sui annuatim quatuor solidos, scilicet ad festum sancti Michaelis ii. s., et ad festum sancte Marie in Marcio ii. solidos. Pro hac autem donacione et concessione dedit mihi predictus Andreas Sparue xvi. s. in gersumma. Et ego [etc. warranty] quamdiu aliquam terram in villa de Horsepath' habuerimus. Hiis testibus, Willelmo de Leuekenore, Wydone de Watel', Ricardo Gernon, Nicholao Gernun de Watele, Petro de Watele, Eustachio clerico, Hugone clerico et multis aliis.

110.

c. 1230. *fol.* 31.

Gersindon'.[3]

Carta Hugonis Choch'[4] de una virgata terre.

[O]mnibus [etc.] Hugo Choch' de Gersindon' salutem in

[1] He was dead by 1247. (*Cal. Inq. P.M.* I, p. 22, No. 99.)
[2] Similar charter to Eynsham (*E.C.*, ii, p. 172) is dated 1221–1228.
[3] Garsington, Oxon ; written in red at top of page.
[4] In an Inquest of 1255 (*Hundred Rolls*, ii, p. 41) he is stated to have given the Templars rents worth 9s. in Garsington in 1247.

domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et pro salute omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam virgatam terre cum pert. suis de purchacio meo in villa de Gersindon', illam scilicet quam Willelmus le Frankeleyn aliquando tenuit, et iacet in campis australibus de Gersindon', scilicet in campis qui vocantur Hamfeld' et Catersdonefeld, et in campo qui vocatur Blundewlle, qui iacet inter villam de Gersindon' et villam de Denton', habendam et tenendam de me et heredibus meis eisdem fratribus et eorum successoribus libere, quiete, bene, et in pace, sine omni mei vel heredum meorum contradiccione, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipsi fratres et eorum successores unam libram piperis ad festum sancti Michaelis pro omnibus serviciis, consuetudinibus et demandis omnibus, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad tantam terram. Et ego [etc. warranty] de sectis curiarum, hundredorum, comitatuum et in omnibus locis de omnibus demandis, salvo servicio prenominato. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Alexandro de Cumbes, domino Petro Foliot de Audebur', Waltero filio Payn, Thoma de Fonte, Saladino de Gersindon', Thoma Sum', Henrico filio suo, Galfrido de Oldefeld', Galfrido Amary et aliis. *fol.* 31 (*cont.*).

111.

Confirmacio eiusdem. *c.* 1230.

[O]mnibus etc. Iohannes de Gersindon' filius Hugonis Choche de Gersindon' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam virgatam terre cum pert. suis, illam videlicet quam pater meus eisdem per cartam suam in puram et perpetuam elemosinam dedit in villa de Gersindon', habendam et tenendam eisdem fratribus et eorum successoribus de me et heredibus meis libere et quiete, bene et in pace, in puram et perpetuam elemosinam, sine omni mei vel heredum meorum contradiccione, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipsi fratres et

fol. 31 (*cont.*). eorum successores unam libram piperis ad festum sancti Michaelis pro omnibus serviciis, consuetudinibus et demandis omnibus, salvo servicio forinseco quantum pertinet ad tantam terram. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus ut in proxima precedenti carta.

112.

c. 1230. Carta Hugonis Choche de una acra et dimidia.

[O]mnibus etc. Hugo de Gersindon' salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis unam acram terre et dimidiam de Drakenhord versus boream, iuxta tres acras quas predicti fratres habent ex dono Ricardi militis de Gersindon' in perpetuam elemosinam de me et heredibus meis tenendam libere, solute, et quiete pro omni seculari servicio et exaccione, pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum. Hiis testibus, Sauario capellano, Ada de Gersind', Waltero filio Pagani, Alano de Plugen', Galfrido de Chibenhurst, Willelmo del Esse, Willelmo de Kersinton' et aliis.

113.

c. 1240. Carta de decem acris.

[N]otum sit etc. quod ego Walterus filius Pagani[1] de Gersindon', assensu heredis mei et consilio amicorum
fol. 31*v*. meorum, concessi [etc.] fratribus | milicie Templi Salomonis de Ieroslm' x. acras terre quas pater meus eis dedit in perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et pro anima patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum, libere et quiete, tenendas de me et heredibus meis ab omni seculari servicio et exaccione pro x. denariis annuatim ad Pascham reddendis. Quinque acre terre predicte iacent iuxta Brokenberue, et quinque iuxta terram Ricardi filii Nicholai. Hiis testibus, Alano capellano, Iohanne clerico qui scripsit hanc cartam, Hugone

[1] Walter Payn held 3½ hides and 1 virgate in Garsington (½ a Knight's fee) of the abbey of Abingdon in 1255. (*Hundred Rolls*, ii. 39).

de Gersindon', Ada fratre suo, Mathia de Wateleya, Willelmo de Kersinton', Henrico filio eius, Thoma fratre Walteri de Gersindon', Galfrido de Chibinhurst, Ada de Cardunuill', Hugone filio Alfredi, Fulcone de Saunford', Godefrido preposito, Odbrith filio Aylwine, Hugone fratre eius et multis aliis. *fol.* 31*v.* (*cont.*).

114.

Confirmacio eiusdem.[1] *c.* 1250.

[U]niversis etc. Walterus filius Payn de Gersindon' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus Templi Salomonis Ierosolem' illas x. acras terre quas habuerunt de dono patris mei, quarum v. iacent iuxta Brokenebereue versus campum de Horsepath', et alie v. apud Locfurlonc, de quibus consueverant mihi reddere decem denarios redditus annuatim. Illas x. acras terre et x. denarios redditus quietumclamo et relaxo dictis fratribus Templi extra me et heredes meos in perpetuum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, habendas et tenendas eisdem fratribus Templi libere, pacifice, et integre, sine omni molestia et contradiccione mei et heredum meorum et exaccione et seculari servicio. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho de Saundford',[2] Willelmo de Leuekenor', Hugone filio Ricardi de Gersindon', Andrea Amar' de Couele, Petro le Frankeleyn et Radulpho le Frankeleyn de Couele, Radulpho clerico scriptore presentium, et aliis.

115.

Carta Auicie quondam uxor W. Sered, de duabus acris. *c.* 1240–1250.

[S]ciant etc. quod ego Auicia que quondam fui uxor Willelmi Sered de Littlemor' dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi duas acras terre in campo de Gersindon' et quietum clamavi totum ius quod

[1] Confirms the grant made in No. 113 *supra* and releases the rent of 10d. It is clearly later than the preceding deed.

[2] Ralph de Saunford was dead before 1255. (*Hundred Rolls*, ii. 39.)

fol. 31*v.* (*cont.*). habui et habere potui de eisdem acris quas idem Willelmus Sered de Rogero Choch' de Gersindon' pro homagio et servicio suo mihi adquisivit, videlicet illas duas acras in aquilone de Gersind', iacentes inter terram predictorum fratrum et terram que fuit Galfridi de Fonte, habendas et tenendas eisdem fratribus de me et heredibus meis quiete, pacifice, hereditarie, reddendo inde annuatim predicto Rogero Choche et heredibus suis unum d. in natale sancti Iohannis Baptiste pro omnibus serviciis et demandis, et propter hoc dederunt mihi predicti fratres premanibus tres marcas argenti. Et quare volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone filio Ricardi, Hugone Choche, Ricardo Gernon de Watele, Mattheo de Watele, Eustachio de Watele, Ricardo Frankel' de Couele et aliis.

116.

c. 1240–1250. Confirmacio eiusdem.

[S]ciant etc. quod ego Rogerus[1] filius Hugonis de Gersind' dedi [etc.] in puram et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et fratribus milicie Templi duas acras terre quas Auicia que quondam fuit uxor Willelmi Sered de me tenuit, videlicet que acre iacent in aquilone de Gersindon', et inter terram ipsorum Templariorum et *fol.* 32. terram que fuit | Galfridi de Fonte, tenendas et habendas predictis fratribus de me et heredibus meis illas duas acras terre libere, quiete, pacifice, in perpetuum. Et ego [etc. warranty]. Ad huius [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Alexandro de Cumbes, Hugone filio Ricardi, Ricardo Gernon, Henrico de Kersinton', Andrea Amar', Ricardo Frankel', et Petro le Frankeleyn de Couele, et multis aliis.

117.

c. 1240–1250. [Roger son of Hugh of Garsington confirms William Sered's grant to Auicia his wife.]

[S]ciant quod ego Rogerus filiis Hugonis de Gersindon'

[1] See p. 85 *infra*, note 1. He is probably the same as Roger son of Hugh Choch.

ratam habeo et acceptam donacionem quam Willelmus Sered fecit Auicie quondam uxori sue, videlicet de duabus acris terre arabilis in campo de Gersindon' versus aquilonem que iacent inter terram Templariorum et terram que fuit Galfridi ad Fontem, quas acras idem Willelmus Sered tenuit de me, tenendam predictam terram et habendam predicte Auicie et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit pro homagio et servicio suo libere et quiete, pacifice et hereditarie in perpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis illa et heredes sui vel sui assignati unum denarium ad nativitatem sancti Iohannis Baptiste pro omni servicio et exaccione ad prefatam terram pertinente. Pro hac vero concessione et confirmacione predicta Amicia dedit mihi premanibus tres solidos in gersumma. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Rogero Gernun, Alexandro de Kumbis, Mathea de Watele, Ricardo Gernon, Eustachio clerico de Watele, Thoma Aylmer, Thoma Sum', Thoma ad fontem, Rogero clerico de Gersindon' et multis aliis. *fol.* 32 (*cont.*).

118.

Carta R. filii Hugonis Choche de quodam prato. *c.* 1250.

[U]niversis etc. Rogerus[1] filius Hugonis Choche de Gersind' salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totum pratum meum quod extendit se super pratum de Horsepath quod [est] inter pratum Hugonis filii Ricardi et Thome filii Galfridi de Fonte, habendum et tenendum eisdem fratribus milicie Templi de me et heredibus meis sine ullo retenemento, libere et quiete, et in pace, in puram et perpetuam elemosinam. Ego [etc. warranty]. Hiis testibus, Radulpho de Saunford',[2] Henrico de Gersindon', Alexandro de Cumba, Hugone filio Ricardi, Willelmo de Leuekenor', Andrea filio Amar', Ricardo le Frankeleyn de Couele et multis aliis.

[1] Roger Choch held 3½ virg. in Garsington for 40s., of the abbot of Abingdon, in 1255. (*Hundred Rolls*, ii, p. 39.)

[2] See p. 83, note 2 *supra*.

119.

Before 1255.[2] *fol.* 32 (*cont.*).

Carta Thome filii Galfridi de Fonte[1] de duabus acris.

[U]niversis etc. Thomas filius Galfridi de Fonte de Gersindon' salutem. Noveritis me dedisse [etc.] in puram et perpetuam elemosinam, deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis ii. acras terre mee in Helsene, videlicet que iacent inter terram ipsorum fratrum Templi ex dono Rogeri Choche ex parte occidentali et foreram que fuit Rogeri Saman ex parte orientali, habendas et tenendas illis de me et heredibus meis illas duas acras prenominatas libere, quiete, hereditarie, in puram et perpetuam elemosinam. Et propter hoc [etc. warranty]. Et propter hoc [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Radulpho de Saundford,[2] domino Henrico de Kersinton'.

120.

c. 1240. Carta [Johannis filii] Nicholai rectoris de Gersindon' de dimidia acra.

[U]niversis etc. Iohannis filius Nicholai, quondam rectoris ecclesie de Gersindon', salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis dimidiam acram terre cum pert. in campis de Gersindon', in Tokesdon', inter terram Willelmi Toki et Thome de Wittenham *fol.* 32*v.* iacentem, et unum mesuagium | quod est sub Dokelinge cum omnibus aysiamentis ad predictam terram pertinentibus, scilicet in pratis, pasturis et omnibus libertatibus pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum, ad sustentacionem luminis beate Marie in capella de Couele, habendam et tenendam predictis fratribus Templi de me et heredibus meis vel assignatis vel de me feoffatis, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, libere, quiete, bene et pacifice ab omni servicio et exaccione seculari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iordano de Wetherby.

[1] Thomas de Fonte held 3½ virg. in Garsington in 1255 of the abbess of Godstow, for 40*s.* (*Hundred Rolls*, ii. p. 39.)

[2] Ralph de Saunford was dead before 1255 (ibid.).

121. *c.* 1240.

Carta eiusdem Iohannis de tota terra sua de Gersindon'.[1] *fol.* 32*v.* (*cont.*).

[O]mnibus etc. Iohannes de Gersindon' filius Nicholai, quondam rectoris ecclesie de Gersindon', salutem in domino. Noveritis me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam et perpetuam elemosinam, totam terram meam quam habui in villa de Gersindon' cum mesuagio et cum omnibus pert. suis et omnibus aysiamentis, scilicet in pratis, pasturis, viis, semitis, in aquis et in omnibus aliis communis infra villam vel extra, excepta illa terra quam prius dedi Clemencie sorori mee, que quidem terra sic iacet: in campo boreali super Brouekeberne una acra iuxta viridem semitam, et dimidia acra super Denelond' iuxta terram Willelmi Toky, et una forera super Denelond' iuxta terram Willelmi Toky, et dimidia acra super Denelond' iuxta terram Willelmi Toky, et una acra super Forschotere apud Nortlonglond' iuxta terram Aldii Crok', et una acra apud Alsene iuxta terram Henrici Seman, et una apud Cotmanheued iuxta Willelmum Toky, et una acra Holerode super Rouforlong' iuxta Henricum Seman, et dimidia acra super Forschoter' super Cotmanheuede iuxta Willelmum Toky, et una acra in Dene retro domicilium Thome de Witham, et dimidia acra apud crucem Mathei iuxta Iohannem Choche, et dimidia acra super Inlond' iuxta Henricum Seman, et dimidia acra in Heyforlong' iuxta Iohannem prepositum. In campo Schirewellefeld' una acra iuxta Rogerum filium Lines' super Hangindelond', et dimidia acra in Schrewell' iuxta terram Willelmi Toky, et dimidia acra in Merecumbesden' iuxta Thomam de Witham, et una acra in Hengindlond' iuxta terram Rogeri filii Lines, et una acra in Leycroft iuxta W. Toky, et una acra scilicet forera super Schrewellebrok'; et dimidia acra super Stamhulle, et una acra in Schrewell' iuxta Johannem prepositum, et una acra scilicet forschetere super Tuentiacre iuxta W. Toky, et una acra super Cumbwellegore iuxta W. Toky, et dimidia acra in Elfwelle iuxta W. Toky, et dimidia acra scilicet forschetere in Gorslade iuxta Willelmum Gubion, et dimidia acra in Elfwellgrene, et una acra in Euerardeshamdelond iuxta Iohannem Choche, et dimidia acra in

[1] *Gersynton'* is written in the margin, in black ink, below the rubric.

fol. 32*v.* (*cont.*). Ronforlong' iuxta Adam Sonay, et una acra scilicet forschetere sub Langethirn' iuxta W. Toky et dimidia acra in Middelforlong' iuxta Willelmum Gubion, et dimidia acra in Horsepathingeston' ex parte orientali, et una acra scilicet forere in Westcumbe, et dimidia acra scilicet forschetere in Bradewey, et una acra in Bradewey iuxta Emmam Kinge, et dimidia acra scilicet media in Bradeweya, et duo buttes in Schrewellebroc iuxta Thomam de Fonte, et una in Inlond iuxta Henricum Seman, et una acra in Inlond iuxta Paganum de la Mar', et una acra super Hulle iuxta Henricum Seman, et medietatem [*sic*] trium buttorum ex parte boreali inter les Hulles, et medietas crofti propinquior Willelmo Toky. Item con-
fol. 33. cessit predictis fratribus milicie Templi mediocrem | forlungam de Portweya, item dimidiam acram prati in Littlemede in parte boreali, et medietatem dimidie acre prati in Briddesbrok', et medietatem dimidie acre prati in Elwelle, et medietatem pasture de Portwey, et medietatem pasture in Cumwell', et medietatem culture propinquioris ville, et pastura [*sic*] unius animalis in Humelibrok'; faciendo inde servicium capitalibus dominis feodi, scilicet pro me et heredibus meis domino Pagano de la Mare[1] iiii. s. et vi. d. et Hugoni de Hanuile[2] ii. s., et servicium custodie castri de Windes' per annum pro omnibus serviciis, consuetudinibus, exaccionibus, et omnibus aliis secularibus demandis. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Reginaldo Forestario.[3]

122.

c. 1250. [Hasilia, widow of Roger, clerk of Garsington, grants her land in Garsington to her son John.]

[S]ciant presentes et futuri quod ego Hasilia quondam uxor Rogeri clerici de Gersindon' dedi [etc.] Iohanni filio meo et heredi meo in mea viduitate et mera potestate

[1] His daughter Isabella held the manor of Garsington, as ½ a knight's fee in 1279. (*Hundred Rolls*, ii. 720.)

[2] Hugh de Hanuile held 3½ hides 1 virg. in Garsington, of the abbey of Abingdon, as ½ a knight's fee in 1255 (*ibid.* ii., 39).

[3] He attests a charter of Adam de Langehulle, c. 1225. (See No. 166, p. 120 *infra*.

mea pro servicio suo totam terram meam in villa de Gersindon', cum omnibus pert. suis et cum curia mea et tribus cotagiis et prato et pastura, habendam et tenendam sibi et heredibus suis de capitalibus dominis et heredibus eorum in perpetuum, videlicet de Pagano de la Mare et heredibus suis dimidiam virgatam terre in villa de Gersindon' et unum cotagium et pasturam illam que vocatur Portwey, et pasturam illam que se extendit in Cumwelle, et tria arpenta terre que iacent inter le Hulles; et de Hugone de Hanuile et de Alicia uxore sua et heredibus suis unam cotlandam, libere, quiete, bene et in pace, integre et honorifice, cum omnibus pert. suis ubique, et libertatibus suis et liberis consuetudinibus suis, in viis, in semitis, in pratis, in pascuis et pasturis, et omnibus aliis ad predictam terram pertinentibus, reddendo inde annuatim ipse Iohannes et heredes sui prefatis dominis vel heredibus eorum unam marcam argenti ad quatuor terminos anni, videlicet Pagano de la Mare et heredibus suis viginti et vii. d. ad festum sancti Michaelis, et ad festum sancti Thome Apostoli xxvii. d., et ad festum beate Marie in Marcio xxvii. d., et ad nativitatem sancti Iohannis Baptiste xxvii. d.[1]; et Hugoni de Hanuile et Alicie uxori sue et heredibus suis quatuor solidos argenti ad prenominatos terminos, videlicet ad unumquemque terminum xii. d. pro omni servicio, seculari exaccione, querela, sectis comitatuum et sectis curiarum et omnibus demandis. Pro hac autem donacione et concessione et confirmacione dedit mihi prefatus Iohannes filius meus xx. solidos esterlingorum in gersumma. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Fulcone de Ruicote milite.[2] *fol.* 33 (*cont.*).

123.

[Roger son of Hugh of Garsington confirms grant of 2 acres by Auicia Sered to Richard son of Almer' de Watele.] *c.* 1240–1250.

[S]ciant etc. quod ego Rogerus filius Hugonis de Gersindon' ratam habeo et acceptam donacionem quam Auicia quondam uxor Willelmi Sered de Littlemor' fecit

[1] In 1279 the preceptor of Cowley was paying a rent of 4*s.* 6*d.* to Isabella de la Mare. (*Hundred Rolls*, ii. 721.)

[2] See No. 161, p. 115 *infra*.

fol. 33 (*cont.*). Ricardo filio Almer' de Watele, videlicet duas acras terre arabilis in campo de Gersindon' versus aquilonem inter terram Templariorum et terram que fuit Galfridi ad Fontem, quas acras eadem Auicia tenuit de me, tenendas predictas duas acras et habendas prefato Ricardo et here-
fol. 33*v*. dibus suis vel cuicumque | assignare voluerit pro homagio et servicio suo, libere et quiete, pacifice, et hereditarie, in perpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui vel sui assignati unum d. ad nativitatem sancti Iohannis Baptiste pro omni servicio et exaccione ad predictam terram pertinente. Pro hac vero concessione et confirmacione prefatus Ricardus dedit premanibus tres solidos in gersumma. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Alexandro de Kumb'.

124.

c. 1250. Carta Rogeri filii Hugonis de v. [*sic*] acris terre.

[O]mnibus etc. Rogerus filius Hugonis de Gersind' eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra me, pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis de Ierusalem unam acram terre et dimidiam, illam scilicet acram et dimidiam que iacent iuxta terram Ailrich' et percutiunt super Buggestrete, et illam etiam ipsam acram et dimidiam quas pater meus Hugo de Gersindon' predictis fratribus in vita sua dedit,[1] cum omnibus pert. suis in puram et perpetuam elemosinam, sicut ulla elemosina melius et liberius predictis fratribus dari potest, habendam et tenendam in perpetuum, libere, pacifice et quiete, absque omnibus secularibus serviciis et exaccionibus. Ego vero [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo filio Nigelli.[2]

125.

c. 1260. [Thomas de Fonte of Garsington grants an acre of land in Garsington.]

[U]niversis Cristi fidelibus presentem cartam inspecturis

[1] No. 112 *supra*, p. 82.

[2] See p. 66 *supra*, note 4; this must be a later Richard fitz Neal.

Thomas de Fonte[1] de Gersindon' salutem in domino. Noveritis me pro salute anime mee, antecessorum et successorum meorum, concessisse, dedisse deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi in Anglia illam acram terre mee que iacet in campo de Gersindon' inter campum de Horsepath' et culturam predictorum fratrum que vocatur Drakebordforlong', et abuttat super Buggestrete. Hanc autem predictam acram terre dedi predictis fratribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ad sustentacionem luminis in capella dictorum fratrum de Couele, in perpetuum. Et ego [eto. warranty]. In cuius [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto de Luches, Hugone filio Pagani. *fol.* 33*v.* (*cont.*).

126.

Convencio inter Fratrem Robertum Scropp' et Robertum de Saunford'.[2] 8 March, 1265.

Facta fuit hec convencio die dominica proxima ante festum Gregorii pape, anno domini m. cc. lxiv^to^. inter fratrem Robertum Scrop' tunc preceptorem de Saunford'[3] ex parte una et Robertum de Sanford' ex alia, videlicet quod predictus frater R. concessit ac dimisit predicto Roberto de Saunford' duas partes unius virgate terre in villa de Gersindon' que olim erat Iohannis Choche filii Hugonis Choche de Gersyndon' ad terminum, videlicet quousque Hugo filius Iohannis, heres illius terre, legitime fuerit etatis, cum omnibus pert. in pratis, pasturis et omnibus aliis asiamentis, ad dictam terram spectantibus, reddendo inde annuatim domui Templi de Couele x. s. sterlingorum ad ii. anni terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis v. s., et ad festum beate Marie in Marcio v. s., pro omnibus secularibus serviciis et demandis, salva una libra piperis et forinseco servicio quantum pertinet ad dictam terram. In cuius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, Thome de Fonte de Gersyndon', Henrico Saur'de eadem, Iohanne filio Pagani de eadem, Ernaldo ianitore de Couele, Iohanne Eustachio de Whatele, Iohanne de Gersyndon' et multis aliis.

[1] He witnesses Nos. 110 and 117 *supra*, and also No. 126 *infra*.
[2] This rubric was added later, in much lighter ink.
[3] See p. 74 *supra*, note 1.

127.

Before June 24, 1139.[3]

Oxon.[1]

[Robert d'Oilli grants land in Oxford.][2]

fol. 34. [R]obertus de Olleo[4] Alexandro episcopo Lincoln'[5] et omnibus ecclesiasticis viventibus et qui venturi sunt et omnibus baronibus totius consulatus Oxenfordie et omnibus hominibus meis salutem. Sciatis quod deo et militibus Templi Salomonis de Ierusalem in presentia fratris Pagani de Mundidesiderio[6] dedi terram de Oxenford' ubi fuerunt horrea patris mei et mea, et pro anima patris mei et matris mee et pro animabus antecessorum meorum, et mea concedente Edith uxore mea et Henrico filio meo et aliis pueris. Testante Waltero Archidiacono,[7] et Fromundo capellano, et Fulcone de Olleo[8] et Roberto filio Wydonis, et Ricardo clerico, et Hugone de Tiwe, liberam et quietam ab omnibus moribus in eternum. Teste, Iohanne de Sancto Iohanne.[9]

128.

1190–1191.[10]

[St. John's Hospital, Oxford, grants land in Oxford to William le Kyrit.]

[U]niversis sancte matris [ecclesie] filiis fratres hospitalis sancti Iohannis herbergerie site ad partem orientalem Oxenfordie salutem in vero salutari. Noverit universitas vestra nos communi consilio et communi assensu comitatus Oxenefordie in placito domini regis apud

[1] In red, at top of folio.

[2] Printed : (*a*) *D' Albon*, p. 140, No. 200, (*b*) *Templar Records* p. 180.

[3] Between the foundation of the house at Temple Cowley (Jan. 1139) and the death of Robert d'Oilli (Sept. 1142). Probably in 1139, and before the arrest of the Bishop of Lincoln in June (see *Templar Records*, p. 180).

[4] See p. 50 *supra*, note 4.

[5] Alexander, bishop of Lincoln, 1123–1148.

[6] Payn de Montdidier, master of the Temple in France ; he was one of the original members of the Order, and had been present with Hugh de Payns, its founder, at the Council of Troyes in 1128 when the Rule of the Temple was sanctioned. (See *D'Albon*, pp. 23, 24.)

[7] Archdeacon of Oxford, ob. 1151 (*E.C.*, ii. 103, n. 2).

[8] Brother of Robert.

[9] See *Oxford Charters*, i. 51.

[10] See p. 93 *infra*, note 5.

Oxenefordiam concessisse et quietum clamasse Willelmo le Kyrit[1] terram ubi Radulfus mansit versus aquilonarem murum Oxenfordie cum herbergagio illius terre, ad donandam predictam terram cum herbergagio militibus Templi Ierusalem in puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni seculari servicio. Et quia [etc. sealing]. Hiis testibus, Philippo priore sancte Frideswyde,[2] Nigello decano Oxon',[3] Henrico filio Segrini aldermanno,[4] Thoma de Thademertune[5] preposito Oxon', et multis aliis. *fol.* 34 (*cont.*).

129.

[William de Clinton grants land in Oxford.] *c.* 1160–1170.

[I]n nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Omnibus sancte ecclesie fidelibus tam clericis quam laicis presentibus et futuris Willelmus de Glimton'[6] in Cristo salutem. Sciatis me dedisse et concessisse terram que fuit Luffrici carpentarii de Oxeneford', cum omnibus domibus suis, liberam et quietam de omnibus consuetudinibus, in perpetuam elemosinam deo et sancte Marie et fratribus Templi Salomonis, preter iii. denarios quos reddet mihi singulis annis qui manebit in eadem terra. Hanc donacionem concedo pro deo et pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum. Hiis testibus, Rogero clerico, Willelmo de Rampaines,[7] uxore etiam eiusdem Willelmi de Glimton,[8] Aschetillo filio Radulphi monetario[9] et Waltero filio Augustini. Valete.

[1] See Nos. 141 and 144 *infra*, pp. 102 and 103.

[2] Mentioned as prior *c.* 1180, 1188 (*Cart. St. Frid.* I, xiii).

[3] Nigel was dean of Oxford *c.* 1188–1199 ob. *c.* 1200. He witnesses Eynsham, Oseney and St. Frideswyde Charters *c.* 1188–1200. He was a son of Ralph, dean of Oxford (see *Oxford Charters*, No. 77).

[4] He is mentioned as alderman in an Oseney deed of July 1191 (*O.C.* i, p. 82).

[5] Tadmorton, North Oxon. Thomas de T. was reeve of Oxford from Mich. 1190 to Mich. 1191 (Ibid., i. 266). This fixes the date of the charter.

[6] William de Clinton of Glympton, Oxon., witnesses charter of Geoffrey de Clinton, 1133–1154 (*O.C.*, i. 423); he was dead by 1200 (*Rot. de Oblat.*, 11.)

[7] Wm. de Rampenna witnesses charters of Geoffrey de Clinton c. 1150 (*E.C.* i. 92) and *c.* 1133–1154 (*O.C.* i. 423).

[8] Isabel; she claimed the wardship of the heir successfully against Hugh de Haversham (*Rot. de Oblat.*, 173) in 1200.

[9] Aschetillus filius Radulphi was a prominent man in Oxford, a moneyer; he witnesses charters in 1165 and 1170 (*O.C.*, i. 14, 334).

130.

c. 1165–1181.[2]

[Philip de Hamptona grants a tenement in Oxford.][1]

fol. 34 (*cont.*).

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Philippus de Hamptona do et concedo fratribus Templi Salomonis de Ierusalem terram quandam annuatim xii. denarios reddentem, solutam et quietam ab omni seculari servicio a me et a meis heredibus, assensu Sitrihe uxoris mee et assensu Stephani filii mei et meorum heredum, in perpetuam elemosinam pro redempcione anime patris mei et matris mee et meorum antecessorum, pro salute anime mee et uxoris mee et meorum amicorum omnium. Terra vero quam predictis fratribus concedo est iuxta foveam castelli de Oxenefordia et magister Augustinus[3] a me eandem terram tenet. Huius donacionis fuerunt testes: Radulphus decanus de Oxenefordia,[4] Radulphus Brito, Rogerus filius Emminche, Seulfus Uinetarius[5] Willelmus filius Aschetilli,[5] Willelmus aurifaber, Ricardus aurifaber, Iohannes prepositus, Thomas filius Aylris.

131.

Between **1251** *and* **1264.**[6]

[Robert, son of Walter Abbot, grants a tenement in Oxford.]

[S]ciant presentes et futuri quod ego Robertus filius Walteri Abbot[7] de Oxon' dedi [etc.] pro me et heredibus meis deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totum tenementum meum cum omnibus suis pert. in Stocwellestret in suburbio Oxon', quod de predictis fratribus aliquando tenui in homagio cum redditibus, wardis, releviis, eschaetis sine aliquo retenemento quod

[1] Printed in *Templar Records*, p. 183. Philip de Hamptona's name occurs frequently in the Pipe Rolls of Henry II's reign under Wiltshire; he also held one knight's fee of the king in Oxfordshire. Witnesses Oseney charter, 1130–1135, and is mentioned in another, 1156–1166 (*O.C.*, i. 2, 6). He died between Mich. 1181 and Mich. 1182. (*P.R.* 29. H. II, 127.)

[2] See note 1 *supra* and note 4 *infra*.

[3] In 1185 this tenement was held by Fulco mercator for 13d. (*Templar Records*, p. 43).

[4] 1164 to *c.* 1188. (See *Oxford Charters*, No. 77.)

[5] Witness Oseney charters between 1170 and 1190 (*O.C.*, i. 334, 336; ii. 553).

[6] See p. 95, note 4 *infra*.

[7] Walter Abbot is referred to as dead in an Oseney charter of 1238–1239 (*O.C.*, i. 351).

occasione predicti tenementi mihi et heredibus meis contingere possit in perpetuum, illud scilicet inter mesuagium Ywani operatoris versus orientem, et mesuagium Thome Talebot[1] versus occidentem, habendum et tenendum eisdem fratribus et successoribus vel eorum assignatis quibuscumque voluerint de me et heredibus meis libere et quiete, | bene integre et pacifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad predictum tenementum spectantibus absque omni calumpnia, exaccione et demanda et servicio seculari in perpetuum. Pro hac autem donacione, concessione, confirmacione et quieta clamancia predicti fratres dederunt mihi quadraginta solidos argenti premanibus. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Fulcone de Wucot',[2] Ada Feteplace tunc maiore Oxon',[3] Galfrido de Henxxe, Willelmo le Spicer tunc prepositis[4] de eadem, Iohanne de Warburg', Thome de Submuro,[5] Algero Precone, Rogero de Cumenhouere clerico, Nicholao de Kingestone,[6] Alano de Keles clerico, et multis aliis.

fol. 34 (*cont.*).

fol. 34*v*.

132.

[Henry son of Simon grants a seld in the drapery to Peter his nephew who will pay rent to the Templars.][7]

c. 1220.

[S]ciant [etc.] quod ego Henricus filius Simonis concessi, dedi, dimisi, et liberavi Petro filio Petri nepoti meo illam seldam quam Thomas Vitrearius de me tenuit in draperia Oxenefordie in parochia sancti Martini, habendam et tenendam illi et heredibus suis de me et heredibus meis vel de illo cui dedero vel assignavero mesuagium meum

[1] Witnesses Oseney charter *c.* 1240 (*O.C.* ii. 260).

[2] =Rycote, Oxon.

[3] Adam Feteplace was mayor of Oxford many times between 1245 and 1268.

[4] Galf. de Henxey and Wm. le Spicer witness many of the Oseney charters with Adam Feteplace *c.* 1250–1270. They are mentioned as "prepositi" of Oxford in an Oseney charter of 1255–1256 with Adam Feteplace as mayor (i. 145), and again in 1263–1264 (ii. 31) and 1251–1252 (ii. 411).

[5] Thomas Submuro witnesses many Oseney charters *c.* 1250–1270.

[6] Nicholas de Kingestone was mayor of Oxford in 1268–1271 (*O.C.*, i. 17) and witnesses many Oseney charters as such.

[7] This deed is almost identical with one in the Oseney *Cartulary*, with same witnesses, to another nephew, Robert, dated *c.* 1220. (*O.C.*, ii., 46.) The donor is generally known as 'filius Simeonis.'

fol. 34*v.* (*cont.*). quod est retro decem seldas nostras in draperia Oxenforde, reddendo inde annuatim xii. solidos, ex quibus et heredes eius reddent pro me et successoribus meis ad aquietandum mesuagium prenominatum ad scaccarium domini regis in Oxenefordia quinque denarios die dominica ante Rogaciones, et fratribus milicie Templi viii. s. et v. d., medietatem ad Pascham et medietatem ad festum sancti Michaelis, et domino Michaeli de Monteni et Matilde uxori sue et heredibus eorum iii. solidos et duos denarios ad eosdem terminos ; et licebit cuilibet qui de hoc feodo aliquam soldam tenuerit namiare in seldis illis super illum qui redditum suum ad terminos statutos plene non soluerit. Et ego [etc. warranty] et sustentabimus plancherium et tectum supra illam seldam ne predictus Petrus vel heredes eius aliquod dampnum pro defectu sustentacionis accipiant. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma filio Eadwini tunc maiore Oxonefordie,[1] domino Roberto filio Henrici, Galfrido de Bocland', Philippo molendinario,[2] Iohanne Padi,[3] Laurencio Halegod, Galfrido de Stocwelle, et aliis.

133.

c. 1225. [Henry son of Simon grants 2s. rent in the parish of St. Ebb.]

[O]mnibus etc. Henricus filius Simonis Oxonie salutem in domino. Sciat universitas vestra quod ego H. pro salute anime mee, et patris mei et matris mee et antecessorum meorum dedi et hac presenti carta mea confirmavi deo et beate Marie et fratribus Templi Salomonis illos duos solidos redditus quos Laurentius Godescal mihi reddere consuevit pro terra illa quam de me tenuit in parochia sancte Abbe virginis in villa Oxonie, cum tota dominacione quam habui vel habere potui in terra illa, habendam et tenendam predictis fratribus Templi de me et de heredibus meis in perpetuam elemosinam libere, pacifice, sine aliqua molestia heredum meorum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto filio Henrici, Roberto filio

[1] Thomas fitzEdwin was mayor of Oxford between 1215 and 1225 (*O.C.*, i. 120, 135 ; ii. 108, 247, 361).

[2] He also witnesses No. 134 *infra*, and several Eynsham charters.

[3] See *O.C.*, ii. 38, 39.

Oeyn, Petro filio Thoroldi,[1] Henrico filio Henrici, Symone filio Iohannis, Warino de Dorkecestre et aliis. *fol.* 34*v.* (*cont.*).

134.

[Andrew Halegod grants a rent in the parish of St. Peter.] Mich., 1232–Mich., 1233.[2]

[N]otum sit quod ego Andreas Halegod concessi, dimisi et liberavi deo et fratribus milicie Templi omne ius quod habui in tenemento quod fuit quondam Rogeri le Ueirs in parochia sancti Petri versus castrum Oxonie, videlicet duas solidatas redditus quas emi de Roberto filio Laurencii et de Roberto Aldithe, cum omnibus pert. que ad predictum redditum pertinent, habendas et tenendas predictis fratribus libere, quiete et integre, in puram et perpetuam | elemosinam. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Petro filio Turaldi tunc maiore Oxonie,[2] Aleurico et Ada filio Walteri tunc prepositis, Philippo molendinario, Roberto Oeyn, Henrico filio Henrici, Ricardo molendinario, Iohanne de Kingeston', Henrico Inge, Willelmo clerico. *fol.* 35.

135.

[Peter Torald pledges a seld in Oxford to make good a fine.] 30 Nov. 1253.

[O]mnibus etc. Petrus Toraldi Oxon'[3] salutem in domino. Noveritis me obligasse seldam meam sub solario quod quondam fuit Henrici filii Euu' pro viginti solidis in quibus Edmundus filius meus coram domino priore sancte Radegunde Douere[4] ob suam manifestam contumaciam iudicialiter fuit condempnatus, ad satisfaciendum magistro et fratribus milicie Templi in Anglia pro voluntate dictorum magistri et fratrum ad Natale Domini anno gracie m°. cc°. l. tercio. Datum apud Couele, die beati Andree apostoli. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Et si non satisfecerit

[1] See his own grant, No. 135 *infra*, and note 2 *infra*.

[2] Peter Torald was mayor 1232–1233 and is mentioned as such with Aleuricus and Adam as reeves (*O.C.*, i. 207).

[3] See note 2 *supra*. Peter Torald died in, or before, 1257.

[4] St. Radegund's priory, Dover.

fol. 35 (*cont.*). infra predictum terminum nominatum, selda quiete remanebit dicte milicie Templi cum pert. suis, salvo tamen capitalibus dominis feodi illius quod eis exinde debetur. Hiis testibus, Radulpho de Walecliue, Ricardo baillivo domini comitis Warr', domino Iohanne capellano, domino Milone capellano, Alano de Kele clerico, et aliis.

136.

c. 1215. Carta de chimino habendo ad molendinum Oxon'.

[S]ciant etc. quod ego Iohannes filius Hugonis concessi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis liberum chiminum ad molendinum suum de Oxon',[1] quod ipsi fratres tenuerunt de Osberto de Couele et heredibus suis et quod extendit se de parvo ponte Oxon' usque ad predictum molendinum quod sedet super Charewell' versus austrum, habendum et tenendum libere et quiete, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duos solidos sterlingorum pro omni servicio et consuetudine et exaccione, ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis duodecim den. et ad Pascham duodecim denarios; et preterea concessi, remisi et quietum clamavi predictis fratribus de me et de heredibus meis totum ius et clameum quod habui vel habere potui in sede eiusdem molendini et quicquid sedet super terram meam quod ad ipsum molendium pertinet. Hiis testibus, Thoma Basseth,[2] Ricardo filio Nigelli,[3] Roberto de Aumeri, Hugone Paupere, Genthethiu, Hugone de Chiselhampt', Ricardo Folioth, Willelmo filio Elye,[4] Willelmo de Leuekenor', Symone de Meriton' et aliis.

137.

Mich., 1240–Mich., 1241.[5] De quodam mesuagio in parochia beate Marie Magdalene.

[U]niversis etc. Matilda de Magno Ponte Oxon' salutem in domino. Noverit universitas vestra quod ego in libera

[1] This was Temple mill, below Magdalen bridge, opposite the island, where St. Hilda's College now stands.

[2] Of Headington; he was given the manor of Headington by John in 1203 (*Rot. cart.* 109b); ob. 1220. (*Exc. e rot. finium* I, 48.)

[3] See p. 66 *supra*, note 4.

[4] Witnesses Eynsham charters, 1213–1228 (*E.C.* i. 150) and 1221–1228 (ii. 174).

[5] See p. 99, note 3 *infra*.

potestate mea et spontanea voluntate mea concessi et quietum clamavi pro me et heredibus meis in perpetuum et hac presenti carta mea confirmavi deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totum ius meum quod habui et quod habere clamavi in quodam mesuagio cum pert. in Oxon' in parochia sancte Marie Magdalene, in illo videlicet quod Andreas Marescallus[1] aliquando tenuit, et unde placitum fuit aliquando coram iusticiariis domini regis apud Westm' inter predictos fratres et me per breve domini regis. Et pro hac concessione et quietum clamancia et confirmacione predicti fratres dederunt michi pro bono pacis unam marcam argenti in gersumma ad magnum negocium meum. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, Petro filio Thoroldi tunc maiore Oxon',[2] Ricardo Aurifabro et Thome de Sancto Edwardo tunc prepositis Oxon',[3] Thoma filio Walteri,[4] Iohanne de Kingeston', Simone Balehorn, Willelmo le Sauser, Andrea de Wlgerecot' et aliis. *fol.* 35 (*cont.*).

138.

[John son of Hugh grants a messuage and meadow in Oxford and land in Cowley to John Marshall.] *c.* 1217,

[S]ciant etc. quod ego Iohannes filius Hugonis[5] dedi [etc.] Iohanni Marescallo pro homagio et servicio suo mesuagium meum in Oxon' in vico de Kattestrete[6] cum ceteris mesuagiis et redditibus et cum omnibus aliis pert. suis in Oxon', sine aliquo retenemento, | et pratum meum[7] iuxta magnum pontem sicut extendit in longitudinem et latitudinem inter aquam Thamis' et aquam de Charewell', adeo integre et plenarie sicut Willelmus de Bruges[8] *fol.* 35*v.*

[1] See No. 139 *infra*, p. 100.

[2] See p. 97, note 2, *supra*. He seems to have been mayor of Oxford from 1230 to 1238, and from 1240 to 1244.

[3] These two were in office Mich. 1240 to Mich. 1241 and witness, as reeves, with Peter Torald as mayor, a charter to Oseney in that year (*O.C.*, i. 343).

[4] Thomas fitzWalter witnesses, as mayor of Oxford, a charter of Matilda de Magno Ponte to Eynsham, 1249–1250 (*E.C.*, ii. 234).

[5] John fitz Hugh was a knight of Wallingford (*Boarstall Cart.* 312).

[6] At the corner of All Souls (*Cart. St. Frid.* I. 174).

[7] This was what was afterwards known as Stockwell Mead, i.e. the lower half of Christ Church Meadow.

[8] See p. 101 *infra*, note 3.

fol. 35*v.* (*cont.*). avunculus meus vel ego umquam melius tenuimus, reddendo pro predicto mesuagio et redditibus mihi et heredibus meis ille et heredes sui annuatim tres solidos ad duos anni terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis xviii. d. et ad Pascham xviii d., et reddendo mihi et heredibus meis ille et heredes sui pro predicto prato unam marcam argenti ad predictos terminos. Dedi etiam [etc.] eidem Iohanni Marescallo totam terram meam in villa de Couele iuxta Oxon' cum omnibus pert. suis, habendam et tenendam sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere, quiete, integre et plenarie, reddendo inde mihi et heredibus ipse et heredes sui annuatim xv. s. ad duos predictos terminos et unam libram cere ad festum sancti Michaelis pro omni servicio et exaccione et consuetudine ad me vel heredes meos pertinente. Et sciendum quod idem Iohannes Marescallus et heredes sui adquietabunt omnia forinseca servicia predictarum terrarum tam in Oxon' quam in Couele. Ego vero [etc. warranty]. Pro hac vero donacione et concessione adquietavit me dictus Iohannes Marescallus de cc. marcis argenti in fine redempcionis mee.[1] Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Willelmo Marescallo comite Pembroc',[2] domino Willelmo Marescallo filio eiusdem,[3] domino Alano Basseth,[4] domino Thoma Basseth,[5] domino Waltero de Riparia, domino Radulpho de Releg', domino Ranulpho de Haya, et aliis.

139.

1235–1236. [Galfridus Franceys of Tadmorton renounces all claim in the house given to the Templars by Andrew Marshall.][6]

[U]niversis etc. Galfridus Franceys de Thademertune salutem. Scientes (*sic*) me concessisse et quietum clamasse fratribus milicie Templi pro me et heredibus meis omne ius et omne clameum quod habui et habere potero de quadam domo quam Andreas Marescallus tenuit et dedit dictis fratribus Templi in parochia sancte Marie

[1] Perhaps he had been captured in the fighting of 1216–1217.
[2] William Marshall I, earl of Pembroke, ob. 14 May 1219.
[3] William Marshall II, earl of Pembroke, 1219–6 April 1231.
[4] Of Wycombe, brother of Thomas Basset of Headington.
[5] See p. 98, note 2 *supra*.
[6] This renunciation was the result of a plea between Galfridus le Franceis and the Master of the Temple in 1235 (*C.C.R.*, p. 110).

Magdalene de Oxon', de qua duxi eos in placitum apud Lond', coram justiciariis domini regis. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Folioth, Simone Balehorn, Willelmo Saucer, Henrico Saucer, Iohanne Marescallo, Willelmo de Lisewis, Iohanne Piron, Ricardo de Sancta Frideswida, et multis aliis. *fol.* 35*v.* (*cont.*).

140.

[William de Ebestan grants all his fee in Oxford, viz. a rent of 32*s.* from the house of Ralf Brito.] *c.* 1190.

[N]otum sit omnibus etc. quod ego Willelmus de Ebestan[1] filius Henrici de Oxonia dedi deo et fratribus Templi Salomonis cum corpore meo totum feodum meum cum servicio eiusdem feodi quod Radulfus Brito tenuit in parochia sancti Martini de Oxonia, de quo feodo predicti fratres habebant [*sic*] triginta duos solidatos redditus per annum percipiendos annuatim ad duos terminos anni, videlicet xv. s. ad Pascham et xv. s. ad festum sancti Michaelis, in puram et liberam et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et animarum Henrici patris mei et Estrilde matris mee et Alicie uxoris mee et Thome filii mei et omnium parentum, antecessorum et successorum meorum, solutum et liberum et quietum ab omni seculari servicio, et adeo integre sicut dominus meus pater meus Henricus et frater meus dominus Iohannes Norwicensis episcopus[2] aut ego, aliquo tempore aut aliquo die, umquam melius et integrius tenuimus. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Warino filio Henrici filii Geraldi, Roberto Greilli, Willelmo de Brugge,[3] Willelmo de Staunford', Petro de Bixe, Petro filio Galfridi nepote,[4] Radulpho Halegod et aliis.

[1] Ibstone, Oxon. Sometimes referred to as "William de Oxonia brother of bishop John." (*O.C.*, ii. 81, 22 (1185–1187).)

[2] John de Oxonia, bishop of Norwich, 14 Dec. 1179–2 June 1200 formerly rector of St. Peter's in the East and also of St. Mary's, Oxford (*O.C.*, i. 305).

[3] Probably William de Bruges, uncle of Iohn filius Hugonis (see No. 138 *supra*). He witnesses a charter of the bishop of Norwich to Robert de Witefeld, among the Oseney charters, 1188–1195 (*O.C.*, ii. 21).

[4] i.e. W. de Ebestan's nephew ; he was the son of Maud, daughter of Hy. of Oxford, who married Geoffrey Durant, and in old age entered Godstow nunnery. (*Oxford Charters*, No. 92.)

141.

c. 1190–1191.[2] *fol.* 36.

Oxonia.[1]

[William son of Sweting grants land in Oxford.]

Omnibus etc. Willelmus filius Swetin le Chinot[3] salutem. Noverit universitas vestra me voluntate et assensu Alicie uxoris mee, dedisse et concessisse deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis terram ubi Radulfus Gibbosus mansit versus murum aquilonarem in Oxenefordia cum herbergagio illius terre, in perpetuam elemosinam, libere et solute et quiete, tenendam absque omni seculari servicio et exaccione, preterea terciam partem catallorum meorum ad obitum meum pro salute anime mee et Alicie uxoris mee et omnium antecessorum meorum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Philippo, priore de sancta Frideswide.[4]

142.

c. 1220.

Carta Radulfi filii Nigelli[5] de quinque acris terre.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Notum sit omnibus etc. quod ego Radulfus filius Nigelli concessi [etc.] deo et fratribus milicie Templi Salomonis, in puram et perpetuam et liberam elemosinam, quinque acras terre arabilis propinquiores Oxon' versus aquilonem, in campo illo qui vocatur Herteshued, que acre abuttant super chiminum sicut itur apud Oxoniam, habendas et tenendas solutas et liberas et quietas ab omni seculari servicio pro salute anime mee et uxoris mee et parentum meorum, antecessorum et successorum. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne de Stanleya[6] [etc.].

[1] In red, at top of fol. 36 and in the margin, in a later hand, is written "vide infra hic."

[2] The date of this deed must be the same as that of No. 128 *supra*, p. 92.

[3] William Sweting made various grants between *c.* 1170 and 1200 (*O.C.*, i. 256, 333–336). See No. 128 *supra* and No. 144 *infra*.

[4] See p. 93, note 2, *supra*.

[5] Son of Nigel, dean of Oxford *c.* 1188–1199. See p. 93 *supra*, note 3.

[6] Witnesses Oseney charters between 1233 and 1244 (*O.C.*, i. 288, 291, 292).

143.

[Andrew Marshall grants houses outside the walls in the parish of St. Mary Magdalene, Oxford.] *c.* 1220. *fol.* 36 (*cont.*).

[O]mnibus etc. Andreas Marescallus[1] salutem in domino. Noveritis me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum nostrorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in liberam et perpetuam elemosinam domos quas habui in suburbio Oxonie, que site sunt extra murum ville in parochia sancte Marie Magdalene, quas Andreas Ruffus[2] avunculus meus mihi dedit, habendas et tenendas predictis fratribus cum omnibus pert. suis et libertatibus in perpetuum, libere, integre et quiete, reddendo inde annuatim capitali domino hundredi extra portam aquilonis Oxonie[3] tres obolos, scilicet in die sancti Martini, pro omni servicio et exaccione. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, magistro Willelmo de Gretton'.

144.

[William son of Sweting grants rents from lands in Oxford.] *c.* 1190.[4]

Notum sit etc. quod ego Willelmus filius Sueting Knit de Oxonia,[5] voluntate et assensu et consilio Alicie uxoris mee, dedi [etc.] deo et fratribus Templi Salomonis illam terram que fuit Radulfi versus murum in aquilonari parte Oxonie et terram illam que fuit capitale mesuagium Lamberti filii Thome in parochia sancte Fredeswide, scilicet quicquid habeo in predicta terra Lamberti, in puram, liberam et perpetuam elemosinam, solutas, liberas et quietas ab omni seculari servicio. Et ego et heredes mei predictas terras tenebimus de predictis fratribus iure hereditario, reddendo eis annuatim pro dua-

[1] See No. 139 *supra*, p. 100.

[2] Witnesses Oseney charters in 1195 and 1200 (*O.C.*, i. 275–277, 281).

[3] The North Gate Hundred was held by Thomas Basset as lord of the manor of Headington from 1203 to 1220, and after his death by his daughter and heiress Philippa, who married the earl of Warwick, and later Richard Siward. (See p. 98 note 2 *supra*.)

[4] Note in margin on fol. 36: "Sueting le Knit, circa 1180," in Wood's hand, but the date is probably the same as No. 141 *supra*.

[5] See p. 102 *supra*, note 3.

fol. 36 (*cont.*). bus predictis terris xvi. denarios, videlicet xii. d. pro terra que fuit Radulphi et iiii. d. pro terra que fuit Lamberti, ad duos terminos anni pro omni servicio, scilicet viii. d. ad Pascham et viii. d. ad festum sancti Michaelis. Et ego et heredes mei habebimus adquietanciam quam ipsi fratres habent in villa Oxonie de uno homine libero erga dominum regem, salva eisdem fratribus tercia parte catallorum meorum et heredum meorum in obitu nostro. Hiis testibus, Willelmo Wakeman, Thoma filio Edw', Iohanne le Knit fratre meo, Waltero et Simone filiis eius,[1] Turoldo Cordwenero,[2] Roberto Leg'.

145.

c. 1230. *fol.* 36*v*. [Isabella Blund grants lands in the parish of St. Thomas the Martyr to Mace.]

[S]ciant presentes et futuri quod ego Isabella relicta Henrici Blundi concessi [etc.] Mace filio Roberti totam illam meam terram cum pert. suis que est inter terram que fuit aliquando Willelmi Midnith, et terram que fuit aliquando Richeri in parochia sancti Thome Martiris in suburbio Oxonie, habendam et tenendam sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere, quiete et integre, salvo tamen quod Alanus le Mercer et heredes sui teneant terram predictam de ipso Mace et heredibus suis eodem modo sicut prius de me idem Alanus tenuit, reddendo inde annuatim ipse Mace et heredes sui mihi et heredibus meis unum obolum ad festum sancti Michaelis et capitali domino feodi quatuordecim denarios pro omni servicio, exaccione et demanda. Et ego [etc. warranty]. Pro hac autem concessione, dimissione, confirmacione, et warantizacione dedit mihi predictus Mace tres marcas argenti in gersumma. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Galfrido de Stocwell'.[3]

[1] See *O.C.*, ii. 49.

[2] Will. fil. Sweting, knight, grants land to Thorald, cordwainer *c.* 1200 (*O.C.*, i. 256 and note 1).

[3] He was mayor in 1238. (*Cart. St. Frid.* I, 325.)

146.

Carta Drogonis Barentin[1] de xx. solidis et uno lecto habendo et recipiendo in domo sancti Iohannis de Oxonia. *c.* 1240. *fol.* 36*v.* (*cont.*).

[O]mnibus etc. Drogo de Barentin salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] pro me et heredibus meis, in perpetuum, deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, pro salute anime mee et Iohanne uxoris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam xx. s. sterlingorum annui redditus cum uno lecto et omnibus aliis libertatibus et pertinenciis, sicut in carta domini regis plenius continetur, quem quidem redditum de dono predicti domini regis solebam annuatim percipere de domo sancti Iohannis Hospitalis extra portam orientalem Oxon' ad duos anni terminos, videlicet ad festum sancti Michaelis x. s. et ad festum beate Marie in Marcio x. s., ad inveniendum luminare in perpetuum in capella domus Templi de Couele pro anima mea et uxoris mee et omnium predictorum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Reginaldo de Burdenull'.

147.

Confirmacio W. Barentin de dono patris sui. *c.* 1250.

[O]mnibus etc. Willelmus de Barentin miles[2] salutem in domino. Noveritis quod ego concessionem et donacionem quas bone memorie Drogo de Barentin pater meus fecit deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis de viginti solidis annui redditus quos percipere solebat de domo Hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem Oxon', et uno lecto in eodem Hospitale, sicut carta sua[3] ipsis fratribus inde confecta plenius testatur, ratas habeo et gratas easque pro me et heredibus meis et etiam assignatis seu quibuscumque successoribus meis concedo, et presenti scripto perpetuo valituro confirmo. In cuius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Reginaldo de Burdenull'.

[1] Witnesses a charter of Robert, abbot of Missenden, to John de Plesseto, *c.* 1240 (*Boarstall Cartulary*, p. 107.)

[2] He held one fee at Chalgrove in 1276. (*Hundred Rolls*, ii, 31.)

[3] No. 146 *supra*.

148.

Between 1261 *and* 1271.[2]

[Laurence Iuvenis quitclaims a house and confirms rent in the parish of St. Thomas Martyr.]

fol. 37.

[O]mnibus etc. Laurencius dictus Iuvenis[1] burgensis Oxonie salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse [etc.] a me et heredibus meis seu assignatis quibuscumque, omnino quietum clamasse deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unum mesuagium cum curtilagio et omnibus pert. suis sine aliquo retenemento in parochia sancti Thome Martiris in suburbio Oxonie, inter mesuagium Rogeri de Comenore versus aquilonem et mesuagium eiusdem Rogeri et tenementum Philippi de Stocwelle versus austrum, quod quidem mesuagium cum curtilagio et pert. suis ego Laurencius et antecessores mei de eisdem magistro et fratribus tenere solebamus ; concessi etiam eisdem magistro et fratribus et eorum successoribus triginta duos denarios annui redditus, quos quidem de Rogero Trenchaunt de mesuagio ubi manet annuatim ad quatuor anni terminos recipere solebam, videlicet ad festum sancti Michaelis viii denarios et ad festum sancti Thome ante Natale viii d. et ad Annunciacionem sancte Marie virginis viii. d. et ad nativitatem sancti Iohannis Baptiste octo denarios, habendum et tenendum dictum mesuagium, cum pert. suis, et dictos triginta duos denarios annui redditus dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, bene et in pace ; ita quod nec ego Laurencius nec heredes mei nec aliquis per me vel pro me seu racione mei ius vel clameum seu calumpniam in dicto mesuagio ut predictum est decetero exigere poterimus, seu calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Nicholao de Kingestone,[2] maiore Oxonie.

[1] See *O.C.*, ii. 134.

[2] Nicholas de Kingestone was mayor of Oxford in 1261–1262 and again from 1268 to 1271 (*E.C.*, ii. 226 ; *O.C.*, i. 146 etc.).

149.

Walecote.[1]

[Stephen of Walecote grants 2 virgates in Walcote to Adam, his brother.] *c.* 1200. *fol.* 38.[2]

[S]ciant tam presentes quam futuri quod ego Stephanus de Walecote[3] dedi et concessi Ade filio Stephani fratri meo duas virgatas terre in villa de Walecote cum omnibus pert. suis, scilicet illam virgatam terre de Dunestaneswelle, et illam virgatam terre de magno fraisno cum omnibus pert. suis, excepto mesuagio, pro homagio et servicio suo, reddendo mihi et heredibus meis ille et heredes sui annuatim viii. s. pro omnibus serviciis michi pertinentibus, salvo servicio domini regis, libere et quiete in bosco, in plano, in pratis et in pascuis, et in omnibus libertatibus. Et ut [etc. sealing]. Pro hac autem donacione et confirmacione predictus Adam dedit mihi xx. s., et unum falcum runcinum et unam carettam ferratam. Hiis testibus, Willelmo de Mandevill', Willelmo Blundo.

150.

Carta Stephani filii Stephani de duabus virgatis terre. *c.* 1250.

[O]mnibus etc. Stephanus filius Stephani de Walecote salutem. Noverit universitas vestra me pro deo et pro salute anime mee dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi cum corpore meo duas virgatas terre in territorio de Walcote, scilicet illam virgatam terre de Dunstanwelle et illam virgatam de magna fraxina cum omnibus pert. suis excepto mesuagio, habendas et tenendas eisdem fratribus in perpetuum, libere, integre et quiete, in bosco, in plano, in pratis et pascuis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et aysiamentis et omnibus pert. ad predictam terram pertinentibus reddendo, inde annuatim Alicie filie Rogeri Anglici et heredibus suis octo solidos ad duos terminos anni, scilicet iiii. s. ad Pascham et iiii. s. ad festum sancti Michaelis pro omni servicio, consuetudine et exaccione seculari,

[1] Walecote, nr. Charlbury, Oxon. : written in red, at top of fol. 38.
[2] Fol. 37v. is blank.
[3] A Stephen de Walecote witnesses an Oseney deed of *c.* 1190–1200 (*O.C.*, iii. 76).

fol. 38 (*cont.*). salvo servicio domini regis. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus etc.

151.

c. 1250. Tradicio predictarum duarum virgatarum terre ad feodi firmam.

[U]niversis etc. Sauarius filius Stephani de Walecote salutem in domino. Noverit universitas vestra me recepisse a fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia ad feodi firmam illas duas virgatas terre quas Stephanus filius Stephani de Walecote frater meus tenuit et dedit predictis fratribus milicie Templi in territorio de Walecote cum omnibus pert. suis ad predictam terram pertinentibus, exceptis sex acris quas dictus Stephanus frater meus dedit mihi cum mesuagio de magna fraxina, habendas et tenendas mihi et heredibus meis vel cuicumque illas assignare voluero, excepta domo religiosa, de dictis fratribus milicie Templi, libere, integre et quiete cum omnibus pert. suis, reddendo inde annuatim prenominatis fratribus Templi xii. s. et iiii. d., scilicet ad duos terminos anni, videlicet ad Pascham vi. s. et ii. d. et ad festum sancti Michaelis vi. s. et ii. d. pro omnibus serviciis. Et si ita contigerit quod predictus redditus ad dictos terminos vel infra octavum diem non reddatur, ego Seuarius et heredes mei volumus et concedimus quod feodum nostrum de Walecote distringatur donec predictus redditus prenominatis fratribus persolvatur. Ego autem predictus Seuarius et heredes mei omnia alia servicia et consuetudines cum redditibus et omnibus aliis forinsecis redditibus, serviciis, ad predictam terram pertinentibus, adquietabimus et contra homines et feminas in perpetuum defendemus. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Galfrido de Amary[1] et aliis.

152.

8 July, 1272. [Stephen of Walecote undertakes to pay rent for land in Walecote.]

[U]niversis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, Stephanus de Walecote[2] salutem in domino eternam. Noverit universitas vestra quod ego pro me et

[1] See No. 59 *supra*, p. 48.
[2] He is probably the donor of No. 150 *supra*.

heredibus meis concessi, et presentis scripti tenore | confirmavi et quietum clamavi, si contingat quod absit me cessare in solucione xii. solidos et quatuor denarios quos solvo annuatim magistro et fratribus milicie Templi ad duos anni terminos, videlicet ad festum sancti Michaelis sex solidos et duos denarios, et ad Pascham sex solidos et duos denarios, et hoc pro quadam terra quam ab eis ad firmam teneo, quod predicti magister et fratres predictam terram possint in manus suas capere et saisire, et eam ex tunc in perpetuum sine omni impedimento vel contradiccione mei vel heredum meorum vel cuiuscumque alterius, libere et quiete, tamquam suam tenere et possidere, ita quod nec ego nec heredes mei nec quisquam alius pro nobis volens hac occasione aliquid ius in dicta terra clamare, nec per breve domini regis nec per aliquid aliud ius vel auxilium decetero audiamur. In cuius rei [etc. sealing]. Datum apud Couele in crastino translacionis beati Thome martiris, anno domini m. cc. lxx. secundo [*sic*]. Hiis testibus, domino Gilberto de Kirkeby tunc vicecomite Oxonie,[1] Roberto de Luches,[2] Laurencio de Luches, Thome le Frankeleyn, Ricardo le Frankeleyn, Willelmo de Raunsham de Saunford', et aliis. *fol.* 38*v.*

153.

Nomina camporum in quibus iacet terra Templi apud Walecote. *Probably* 1272.

Sciendum quod in villa de Walecote apud grandem quercum est unum mesuagium cum crofta et due virgate terre cum pert. quarum sex acre iacent in quadam cultura que vocatur le Gerstone et una acra iacet in la Longefurlong ; item v. acre iacent in Cawesmor' ; item una acra iacet super Waledenehulle iuxta Willelmum Was ; item tres acre iacent super Cortileshulle inter terram abbatis de la Bruere et terram Philippi Feteplace ; item due acre iacent apud Pykedeston ; item una acra in valle apud Pundfold' ; item una acra apud Sortebrode ; item tres acre in Heylonge ; item una acra in le Beulonde inter terram Stephani le Bole et terram Willelmi le Paumer. Estfeld.

[1] See p. 27 *supra*, note 3.
[2] See W. F. Carter, *The Quatremains of Oxfordshire* (1936), p. 76.

Westfeld. *fol.* 38*v.* (*cont.*). Due acre iacent apud Haseliyde ; item una acra iacet in eadem cultura iuxta Philippum Feteplace ; item una acra iacet in eadem Haselwiyde iuxta Robertum Stokes ; item tres acre in Westheylong apud Crucacre ; item due acre in Sortebrode que tendunt desuper Crucacre ; item una acra terre in Blakelonde que tendit in Smokacre ; item v. acre que tendunt desuper Chyrcheweye ; item iiii acre que tendunt in Sorchemdene quarum una vocatur Brighatr' ; item una acra in Middelfurlong iuxta Willelmum Wodeword ; item una acra in Misfurlong iuxta Nicholaum Cissorem ; item una acra in Middilfurlong iuxta Robertum de Stoke ; item una acra que vocatur Russacra et alia in eadem cultura inter Stephanum de Walecote et Stephanum le Bole ; item una acra prati apud Derneford que vocatur le Russacre ; item alia acra prati in Cherlebyry et Walecote que vocatur le Bradacre.

154.

Watele.[2]

c. 1250.[1] *fol.* 39. Convencio inter Templarios et Iohannem de Watel'.

[H]ec est convencio facta inter magistrum et fratres milicie Templi in Anglia ex una parte et Iohannem de Wateley ex altera, videlicet quod predicti magister et fratres relaxaverunt et quietum clamaverunt dicto Iohanni et heredibus suis unum hospicium quod ipse et antecessores sui solebant et debebant facere annuatim dominis de Saundford' pro una hidata terre cum pert. quam dictus Iohannes tenet de predicto manerio de Saunford' in predicta villa de Wateleye. Et predictus Iohannes et heredes sui reddent annuatim domui Templi in perpetuum ii. solidos ad duos terminos anni, scilicet medietatem ad Pascham et medietatem ad festum sancti Michaelis pro predicto hospicio. Et ipse et heredes sui quieti erunt de predicto hospicio in perpetuum, pro predictis solidis duobus, sicut predictum est. Dictus etiam Iohannes et heredes sui facient annuatim forinseca servicia que pertinent ad hidatam terre et sectam ad manerium predictum de Saunford' sicut antecessores sui con-

[1] Certainly after the grant of the manor of Sandford-on-Thames to the Templars in 1240. See Nos. 1, 2, etc. *supra*.

[2] Wheatley, Oxon. ; in red and in black, at top of fol. 39.

sueverunt et debuerunt. Reddent etiam dicti Iohannes et heredes sui monialibus de Littlemor' per annum x. solidos ad inveniendam et sustentandam unam lampadem ardentem in ecclesia sua de Littlemor' in perpetuum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, fratre Mauricio, fratre Adam, et fratre Willelmo capellanis. *fol.* 39 (*cont.*).

155.

[Richard Almer de Watele quitclaims 2 acres granted by Auicia his wife.] *c.* 1250.

[S]ciant presentes et futuri quod ego Ricardus Almer de Watel' quietum clamavi deo et beate Marie et fratribus milicie Templi totum ius quod habui vel habere potui in illis duabus acris terre quas Auicia uxor mea eisdem fratribus concessit.[1] Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone filio Ricardi et aliis.

156.

Thumeley[2].

Carta Roberti de Thumele de i. virgata terre. *c.* 1230. *fol.* 39*v*.

[S]ciant etc. quod ego Robertus de Thumele, concessu et assensu Dionisie uxoris mee et heredum meorum, dedi [etc.] pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee, deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis unam virgatam terre mee in villa de Thumele, scilicet unam illarum duarum virgatarum quas Henricus pater meus tenuit, videlicet illam virgatam que iacet versus umbram, cum omnibus pert. suis in terris, in aquis, in boscis, in planis, in pratis, in pascuis, in introitibus et exitibus, infra villam et extra, et cum omnibus ad predictam terram pertinentibus, et unam croftam in eadem villa quam tenuit Bartholomeus filius Segrini, et duas acras terre de dominico meo insimul iacentes scilicet in Redelande, tenendas et habendas de me et heredibus meis, cum omnibus libertatibus, in puram et perpetuam et liberam elemosinam, videlicet adeo quiete

[1] See No. 117 *supra*, *p.* 84, for the grant to Auicia by William Sered, then her husband, of these two acres in Garsington, and Nos. 115 (p. 83) and 123 (p. 89) *supra* for the later grants by her, as his widow, to the Templars and to Richard Almer.

[2] Thomley, in Waterperry parish : in red, at top of fol. 39v.

fol. 39*v.* (*cont.*). et solute ab omni seculari servicio et exaccione quam aliqua elemosina liberius et quietius dari potest. Ego vero [etc. warranty]. Ut ergo [etc. sealing]. Hiis testibus, Philippo de Sancta Helena.[1]

157.

c. 1250. [Gervase, vicar of Worminghall undertakes not to alienate land given to him by Iohanna de Thomele to any other religious house.]

[O]mnibus etc. Gervasius perpetuus vicarius de Wormhale[2] salutem in domino sempiternam. Noveritis me obligatum esse et heredes meos vel assignatos meos spontanea voluntate deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis quod nullo modo possim vel debeam vendere et donare, assignare nec alienare viris religiosis terram quam habeo ex donacione et concessione Iohanne de Thomele, filie Henrici de Yiftele, in territorio de Thomeley, illam scilicet cum pert. et quodam mesuagio ad dictam pertinenti terram, quam predicta Iohanna de predictis fratribus quondam tenuit, nisi fuerit ex voluntate et licencia fratrum predictorum, ob cuius obligacionis [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne de Burgo.

158.

c. 1250. Carta Gervasii vicarii de Thumele [*sic*] de una virgata terre cum quodam mesuagio et ii. acris terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Gervasius perpetuus vicarius de Wormenhale dedi [etc.] in puram, perpetuam et liberam elemosinam, pro salute anime mee et pro animabus patris et matris et omnium benefactorum meorum, deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia in domo de Couele unam virgatam terre in campis de Thumele, et unum mesuagium in eadem

[1] Philip de Sancta Helena grants a house to the Hospital of St. John of Oxford, 1240–1244 (*O.C.*, ii, 416) and witnesses a charter *c.* 1220 (ibid., ii. 424).

[2] Worminghall, Bucks. Gervase was presented to the vicarage by the prior and convent of St. Frideswyde and instituted "perpetual vicar" by bishop Robert Grosseteste in 1248 (*Rot. Rob. Grosseteste* (C. and Y. Soc.), vol. x (1913), p. 376). See No. 68 *supra*, p. 53.

villa cum duabus acris terre que iacent in Redelonde, in territorio de Thumele cum omnibus pert. suis in terris, aquis, in boscis, planis, pratis et pascuis, in introitibus et exitibus, tam infra villam quam extra, et cum omnibus pert. ad predictam terram pertinentibus, habenda et tenenda, libere et quiete, in puram, perpetuam et liberam elemosinam, videlicet adeo quiete et solute et quiete ab omni servicio seculari et exaccione et secta sicut aliqua elemosina quietius et liberius poterit dari secundum tenorem carte quam fratres milicie Templi apud Couele habent de Roberto de Thumele.[1] Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, magistro Roberto de Morton', rectore ecclesie de Gersindon'. *fol.* 39*v.* (*cont.*).

159.

Westone.[2]

[Henry de Weston' grants a house and 11½ acres in Weston to Ernaldus Hostiarius.] *c.* 1200. *fol.* 40.

[S]ciant etc. quod ego Henricus de Weston', consensu et assensu uxoris mee et heredum meorum, dedi et concessi Ernaldo Hostiario et heredibus suis unum mesuagium in villa de Weston', scilicet illud quod Ricardus Serith tenuit cum crofta ad predictum mesuagium pertinente, et unam dimidiam acram in Efurlong, scilicet illam versus orientem que est ex acra mea proxima de Hegeneye, et unam dimidiam acram in Atfurlang, illam scilicet versus austrum, ex duabus dimidiis acris quas habeo in predicto furlang' et unam acram in Mulfurlang', scilicet mediam ex tribus quas habeo in predicto furlang' et unam dimidiam acram in Langedenesdich iuxta terram Ricardi Horbelin, et unam dimidiam acram in Langelond' scilicet primam illius furlangi excepta una ex parte occidentali, et unam dimidiam acram in Hathetfurlong', scilicet proximam forerie et octo acras prati de dominico meo ultra aquam, scilicet de prato quod teneo de feodo Walteri le Busey, pro homagio et servicio suo et pro ix. marcis argenti quas mihi dedit de gersume, et pro ii. solidis esterlingorum quos dedit uxori mee, tenendum

[1] See No. 156 *supra*, p. 111.

[2] North Weston, nr. Thame, Oxon. : in red, at top of fol. 40, followed by a blank half-page and then this deed.

fol. 40 (*cont.*). de me et heredibus meis adeo libere et quiete et adeo integre et plenarie sicut ego melius tenui, reddendo annuatim mihi et heredibus meis unam libram piperis ad festum sancti Iohannis Baptiste pro omni servicio ad me pertinente. Ego autem [etc. warranty] et si forte ego vel heredes mei predictam terram et predictum pratum *fol.* 40*v*. predicto Ernaldo et heredibus suis warantizare | nequiverimus, ego vel heredes mei escambium sufficiens in villa de Weston' Ernaldo vel heredibus suis faciemus. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo filio Nigelli.[1]

160.

c. 1200. Carta Henrici de Weston' de toto tenemento quod Ernaldus Hostiarus de ipso tenuit.

[N]otum etc. quod ego Henricus de Weston' dedi [etc.] deo et sancte Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum, totum tenementum quod Ernaldus Hostiarius de me tenuit in villa de Weston', per assensum et concessionem eiusdem Ernaldi, scilicet unum mesuagium quod Ricardus Serihe tenuit cum crofta ad illud pertinente, et unam dimidiam acram in Efurlong versus orientem que est ex acra mea proxima de Hegeweye, et unam dimidiam acram in Atforlung' versus austrum que est ex duabus dimidiis acris quas habeo in eadem cultura, et unam dimidiam acram in Langedonesdich iuxta terram Ricardi Horbelin, et unam dimidiam acram in Langelande primam illius culture preter unam versus occidentem, et unam dimidiam acram in Hachetfrlong' proximam forerie, et octo acras prati de dominico meo ultra aquam, scilicet de prato quod teneo de feodo Walteri Bussey, tenenda in perpetuum integre, libere et quiete, absque omni seculari servicio et exaccione. Ego autem [etc. warranty]. Et si forte ego Henricus vel heredes mei predictum tenementum eis warentizare nequiverimus, escambium sufficientem in aliis terris nostris eis faciemus. Et ut [etc. sealing]. Predictus etiam Ernaldus huic scripto testimonium perhibens ei sigillum suum similiter apposuit. Hiis testibus, Ricardo capellano et aliis.

[1] He held the forestership of Bernwood in 1176. (*Boarstall Cart*, 75, 76.)

161.

Fulco de Rucote.[1]

Recepcio eiusdem terre ad feodi firmam de Fulcone de Ruycote. *c.* 1225. *fol.* 40*v.* (*cont.*).

[O]mnibus etc. Fulco de Reycote salutem in domino. Noverit universitas vestra me recepisse a fratribus milicie Templi, communi consilio et assensu capituli eorum ad Pascham apud Dinnisle,[2] quatuor acras terre cum uno mesuagio in villa de Weston' et octo acras prati | in eadem *fol.* 41. villa, quas Ernaldus Hostiarius dedit eis, illas scilicet quas Robertus Marescallus tenuit de eis aliquando in villa de Weston', habendas et tenendas mihi et heredibus meis, libere et quiete, reddendo inde annuatim fratribus Templi unam marcam argenti ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis dimidiam marcam, et ad Pascham dimidiam marcam pro omni servicio et consuetudine, et predicti fratres Templi warantizabunt mihi et heredibus meis predictam terram cum mesuagio, et pratum memoratum, quamdiu carta donatoris eis poterit warantizare. Et si ego Fulco de Reycote vel heredes mei non reddimus dictis fratribus Templi redditum terre sue ad terminos anni statutos bene concedo eisdem fratribus pro me et pro heredibus meis reseisiare feodum suum in manus suas infra quindecim dies terminorum, et quod ego vel heredes mei demus eis penam dimidie marce sine aliqua calumpnia et contradiccione mei vel heredum meorum antequam de terra illa habemus reseisinam. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, R. Foliot.

162.

Werpisgrave.[3]

Feofamentum Ricardi Folioth.[4] *c.* 1225.[4] *fol.* 42.[5]

[U]niversis etc. Ricardus Foliot salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate

[1] Written at top of fol. 41. See p. 6, note 2 *supra*.

[2] Temple Dinsley, Herts. The chapter of the Order in England was often held there in the 13th century.

[3] Warpsgrove, Oxon, now only a farm in Chalgrove parish ; in red, at top of fol. 42.

[4] See Nos. 170 and 219–221, p. 122 and pp. 157–161 *infra*.

[5] Fol. 41v. is blank.

fol. 42 (*cont.*). Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia grangiam meam forinsecam extra curiam meam in Werpisgrave tendentem versus Rithi et cum sex sellionibus terre ab austro illius grangie iacentibus sub gardino meo extendentibus versus Rithi, et cum centum et cinque acris terre mee arabilis tam de dominico meo quam de adquisitu meo, cum corpore meo quando dominus fecerit de me voluntatem suam, ad quemdam capellanum celebrantem inveniendum in perpetuum, pro anima mea et anima Matilde uxoris mee et anima Ade filii mei et animabus antecessorum et successorum meorum, quarum acrarum particule sunt hec : cultura scilicet de Seyghulle cum prato meo de Launce toto ; item cultura mea de la Longelonde que extendit se iuxta viam venientem de Esindon'[1] de orientali parte et capita que pertinent, scilicet ad unumquodque caput dimidia acra terre ; item in alia parte eiusdem vie due acre et dimidia proxime fossate de pastura Ade de Longehulle ; item in Sinelelonde in cultura superiori et inferiori xx acre terre mee de dominico meo tendentes versus austrum ; item duodecim acre de dominico meo que proxime sunt terre Gilberti Brutonis ; item ad chiminum tendentem versus Hasel'[2] octo acre de dominico meo insimiliter iacentes ; item ad chiminum versus Staindelf[3] tendentem vi acre sunt de dominico meo ; item in alia parte eiusdem chimini dimidia acra de dominico meo et una dimidia acra que fuit de dono Roberti filii Ascelini de Periton'[4] ; item ad eundem chiminum sunt tresdecim acre terre mee in campis de Goldore[5] quas habui de dono Roberti predicti de Periton', extendentes in longitudinem et latitudinem predicti chimini de Standelue in uno tenente [*sic*] iacentes ; preterea iiii acre terre mee de proprio dominico meo que terminant super xiii. acras proxime predictas. Preterea dedi et concessi eisdem fratribus v. solidos redditus de Symone de Cleyora,[6] filio Ascelini, et heredibus suis cum omni servicio quod mihi inde debuit ; item dedi et concessi predictis fratribus ii. s. redditus perpetuum [*sic*] de Willelmo filio Hugonis de Cleiora et heredibus suis cum omni

[1] Easington, now in Cuxham parish.
[2] Great and Little Haseley, Oxon.
[3] Upper and Lower Standhill, Oxon.
[4] Pyrton, nr. Watlington, Oxon.
[5] Golder manor, in Pyrton parish.
[6] Clare, in Pyrton parish.

servicio quod mihi inde debuit ; preterea dedi et concessi fratribus Templi dimidiam virgatam terre quam Reynerus de me tenuit in villa de Werpisgrave cum mesuagio cum duobus solidis redditus annuatim reddendo et sex d. cum omni servicio quod mihi inde debuit ; item dedi et concessi predictis fratribus Templi dimidiam virgatam terre quam Gilbertus Bruton' de me tenuit eodem servicio quo Reygnerus ; item dedi et concessi unum cotlondum quod Agnes uxor Henrici de me tenuit cum xii. d. redditus annuatim cum omni servicio quod mihi inde debuit ; preterea dedi et concessi fratribus Templi unam virgatam terre quam Radulphus Campion de me tenuit in villa de Hasel' cum dimidia marca redditus annuatim reddendo cum omni servicio quod michi inde debuit ; preterea dedi et concessi fratribus Templi pasturam ad unam carucatam bovum et tribus vaccis in dominica pastura mea ad dictam totam terram arandam et preparandam in omnibus locis ubi boves mei vadunt, in viis et semitis, et per omnia loca ; habendas et tenendas ipsis fratribus milicie Templi de me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam, libere et quiete, in pace et integre, in planis et in planiciis, in pascuis, in communis, in viis et semitis, in omnibus locis intra villam et extra, cum omnibus pert. suis, libertatibus et liberis consuetudinibus et aysiamentis, ad dictam terram pertinentibus et spectantibus, salvo forinseco servicio quantum pertinet ad tantam terram. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Willelmo Waz, Fulcone de Rucote, Roberto Pipardo, Willelmo de Huntecumbe, Henrico filio Ioce, Petro de Chaunceus, Willelmo Neuman, et aliis. *fol.* 42 (*cont.*).

163.

Carta Willelmi de Bosco. *c.* 1225. *fol.* 42*v.*

[O]mnibus etc. Willelmus de Bosco salutem. Noverit universitas vestra me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam curiam meam cum domibus et totam terram meam in villa de Werpisgrave, cum omnibus pert. suis que mihi iure hereditario de Ricardo Foliot vel que mihi vel heredibus meis aliquo tempore quocumque modo in eadem

fol. 42*v.* (*cont.*). villa descendit vel descendere poterit, habendam et tenendam dictis fratribus milicie Templi Salomonis pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum, in liberam et perpetuam elemosinam in perpetuum, sine ullo retenemento, libere et quiete, solute et integre, cum liberis introitibus et exitibus et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, infra villam et extra, ad predictam terram et ad predictas domos pertinentibus, salvo forinseco servicio quantum pertinet ad tantam terram in eadem villa de eodem feodo. Et ego [etc. warranty]. Et si contigerit quo ego predictus W. de Bosco vel heredes mei predictam terram et dictas domos predictis fratribus warantizare non poterimus, plenarium escambium ipsis fratribus faciemus in villa de Finemer' ad valenciam illius terre. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thome de Waloyn', Willelmo Wace, Rogero Gernon, Helia de Witefeld', Alexandro de Cumbis, Radulpho de Saunford', Petro filio Oliveri, Egidio Paupere, et aliis.

164.

c. 1225. Carta Roberti de Chandos.

[O]mnibus etc. Robertus de Chandos salutem. Noverit universitas vestra me concessisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam terram meam et omnes redditus meos in villa de Werpisgrave, cum omnibus pert. suis que michi iure hereditario de Ricardo Foliot descendit vel que mihi vel heredibus meis aliquo tempore quocumque modo in eadem villa de eodem feodo descendere poterit, habendos et tenendos dictis fratribus milicie Templi Salomonis pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum et successorum, in liberam, puram et perpetuam elemosinam in perpetuum, sine ullo retenemento, libere et quiete, integre, cum liberis introitibus et exitibus, et cum omnibus liberis consuetudinibus et libertatibus infra villam et extra ad predictam terram pertinentibus, salvo forinseco servicio dominorum, quantum pertinet ad tantam terram in eadem villa de eodem feodo. Et ego [etc. warranty]. Et si contigerit quod ego predictus Robertus de Chandos vel heredes mei predictam terram predictis

fratribus warantizare non poterimus plenam extensionem alterius terre nostre ipsis fratribus in villa de Finemere vel alibi in terris nostris faciemus ad valenciam illius terre. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Wace, Hugone Pyron de Cleyore, Roberto de Periton, Radulpho de Saunford', Ade de Langehulle, Petro filio Oliveri, Alano de Middelton', Egidio le Pouere, et aliis. *fol.* 42*v.* (*cont.*).

165.

Carta Walteri de Morton'. *c.* 1225.

[O]mnibus etc. Walterus de Morton' salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia pro salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum totam terram meam in villa de Werpisgrave cum omnibus suis pert. que mihi iure hereditario descendit de Ricardo Foliot avunculo meo vel que mihi aliquo tempore quocumque modo in eadem villa | descendere poterit, habendam et tenendam *fol.* 43. dictis fratribus dicte milicie Templi in perpetuam et liberam elemosinam in perpetuum, sine ullo retenemento, libere, quiete, solute et integre, cum liberis introitibus et exitibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus infra villam et extra ad dictam terram pertinentibus, sicut aliqua elemosina liberius et quietius alicui domui religionis possit conferri, salvo forinseco servicio domini regis quantum pertinet ad tantam terram in eadem villa de eodem feodo. Et ego [etc. warranty]. Et si contingerit quod ego predictus Walterus et heredes mei predictam terram predictis fratribus warantizare non poterimus, plenarium escambium ipsis fratribus faciemus in villa de Morton'[1] vel in alio loco ad valenciam illius terre. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Thoma de Waloyn', Willelmo Wace, Rogero Gernon, Helya de Witefeld', Alexandro de Cumbes, Radulpho de Saunford', Willelmo de Scalebrok', Petro filio Oliveri, Egidio le Pouere et aliis.

[1] Perhaps Moreton, near Thame.

166.

c. 1225. *fol.* 43 (*cont.*). Carta Ade de Langehulle de quadam pastura.

[O]mnibus etc. Adam de Langehulle salutem. Noverit universitas vestra me intuitu karitatis et pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, in puram et perpetuam elemosinam, totam pasturam meam que iacet inter pasturam que fuit Roberti filii David et terram hominum de Chaugraue[1] que quidem extendit se usque in fossam Ricardi Folioth, habendam et tenendam predictis fratribus milicie Templi de me et heredibus meis, libere et quiete, pacifice, integre, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ad festum sancte Michaelis vi. d. pro omni servicio seculari et exaccione. Ego vero [etc. warranty]. Et si contingat quod ego Adam de Langehulle vel heredes mei predictam pasturam dictis fratribus warantizare non poterimus, ego ipse Adam vel heredes mei post me equales escambias super Langehulle[2] quod quidem descendit ad me de patrimonio meo pro dicta pastura dictis fratribus faciemus. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Foliot, Willelmo Wace, Reginaldo Forestario, Petro filio Oliveri, Alano de Middelton', Mauricio le Angeuin,[3] Iohanne Quatremeins, Hugone de Pageham, Thoma Serviente, domino Driuo et aliis.

167.

c. 1250. Carta Laur(encii) de Brok'.

[S]ciant etc. quod ego Laurencius del Brok' concessi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia totam terram arabilem quam habui in Werpisgrave de dono et vendicione Cecilie quondam uxoris David de Bugedon,[4] scilicet totam illam terram que eidem Cecilie descendit in hereditate per mortem Ricardi Foliot[5] avunculi sui cum toftis et croftis, pratis, pascuis,

[1] Chalgrove, Oxon.

[2] Probably Langley End, in Chalgrove parish. See No. 233 *infra*, p. 168.

[3] He succeeded his father Reginald to the manor of Holcombe, of the Honour of Wallingford, in 1214. (*Rot. de Oblat.*, 163.)

[4] See No. 168 *infra*.

[5] See No. 162 *supra*, p. 115.

homagiis, redditibus, wardis, releviis, eschaetis et omnibus aliis rebus ad predictam terram pertinentibus, infra villam et extra, in liberam et perpetuam elemosinam, habendam et tenendam predictis fratribus et eorum successoribus in liberam et perpetuam elemosinam de me et heredibus meis in perpetuum, faciendo inde servicium dominis feodi quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo in eadem villa pro omnibus serviciis, consuetudinibus, exaccionibus et demandis. Et ego [etc. warranty]. In cuius [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Rogero de la Donne, domino Philippo de | Couele, domino Hugone de Pyriton', domino Petro Foliot, Petro de Esserigg', Iohanne Pyron de Werpisgrave, Iohanne filio Hugonis de Gersindon', Willelmo Wastehose, Roberto de Saunford', Galfrido de Landesend' et aliis. *fol.* 43 (*cont.*). *fol.* 43*v*.

168.

[Robert de Chandos confirms agreements between the preceptor of Cowley and David de Magna Buggeden' and Cecily his wife.] *c.* 1240.

[O]mnibus etc. Robertus de Chandos salutem. Noverit universitas me concessisse et confirmasse preceptori domus Templi Couele et fratribus suis convenciones illas que sunt inter predictum preceptorem Couele ex una parte et David filium Willelmi de Magna Buggeden' et Ceciliam uxorem suam ex altera parte, de terra in villa de Werpisgrave, que contingit eandem Ceciliam racione participacionis per colum de terra quondam Ricardi Foliot per omnia secundum tenorem cirographi confecti inter dictum preceptorem Couele et dictum David filium Willelmi de Magna Buggeden' et Ceciliam uxorem eius. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Wace, Petro filio Oliveri, Roberto de Periton', Willelmo de Scalebrok', Alano de Middelton' et aliis.

169.

[Peter de Esserigg' grants all his land in Warpsgrove.] *c.* 1225.

[S]ciant etc. quod ego Petrus de Esserigg' dedi [etc.]

fol. 43*v.* (*cont.*). deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi in Anglia totam terram quam habui apud Werpisgrave in comitatu Oxon', illam scilicet quam emi de Laurencio del Broc in dominicis, redditibus, serviciis, pratis, pasturis, in villa et extra villam, et in omnibus aysiamentis ad eandem terram pertinentibus, sine aliquo retenemento, habendam et tenendam de me et heredibus meis dictis fratribus et eorum successoribus, in liberam et perpetuam elemosinam, reddendo inde unum denarium ad Pascham pro omni servicio, exaccione et demandis et sectis curiarum, salvo forinseco servicio quantum pertinet ad tantum tenementum eiusdem feodi, et faciendo inde capitalibus dominis feodi omnia servicia debita et consueta. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Fulcone de Reycote milite, Henrico de Witefeld' milite, Olivero de Haseley, Olivero de Scalebrok', Roberto de Cleyore, Iohanne Piron, Radulpho le Eskisimsour, Iohanne capellano et aliis.

170.

Between 1176 *and* May 1186.[1] [Robert, bishop of Hereford, admits Richard Foliot to his father's fee.]

[R]obertus dei gracia Hereford' episcopus[2] omnibus etc. salutem. Notum vobis facimus quod Radulphus Folioth veniens in curiam nostram resignavit et reddidit in manu nostra et omnino quietam clamavit totam terram illam quam tenuit de nobis, et nos inde voluntate et peticione ipsius Radulphi eandem terram Ricardo[3] filio suo concessimus, tenendam de nobis eo modo et eo servicio quo pater suus Radulphus Folioth eam tenuisse dinoscitur. Et nos inde, curia nostra vidente, homagium Ricardi recepimus et ipse de relevio quantum ad terram illam pertinet grantum nostrum fecit. Et quoniam hanc concessionem Ricardo Folioth a nobis factam ratam et [in]concussam manere volumus, eam presenti carta et sigilli nostri apposicione confirmamus. Hiis testibus,

[1] See note 2 *infra* and p. 123, note 1.

[2] Robert Foliot, bishop of Hereford (formerly archdeacon of Oxford), ob. May 1186 (elected 1173, consecrated 1174).

[3] See No. 162 *supra*, p. 115.

Hugone Salopschir' archidiacono,[1] Willelmo[2] fratre Radulphi archidiaconi,[3] Waltero senescallo, Iohanne et Aluredo capellanis, Bartholomeo et Osberto clericis episcopi, Iohanne de Stanf', Bernardo de Sapi, Roberto de Lacy, Willelmo camerario, Galfrido de camera et aliis. *fol.* 43*v.* (*cont.*).

171.

Carta Iohannis Piron de duabus acris et dimidia. *c.* 1250.

[O]mnibus etc. Iohannes Piron de Werpisgrave salutem in domino. Noverit universitas vestra me, de consilio et mera voluntate Agnete uxoris mee, et pro salute animarum nostrarum, omnium antecessorum successorumque nostrorum, concessisse [etc.] deo et beate | Marie, *fol.* 44. magistro et fratribus milicie Templi in Anglia et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas acras et dimidiam terre in territorio de Werpisgrave in una cultura que vocatur Croftes, extendentes se ad villam de Werpisgrave versus orientem, et tenementum Templi in le Luye versus occidentem ; concessi etiam eisdem magistro et fratribus et eorum successoribus in consimilem elemosinam duo mesuagia cum omnibus pert. suis in villa de Werpisgrave, quorum unum iacet inter mesuagium Petri le Hoppere et quondam Alexandri Chaumpeneys, et aliud inter mesuagium Roberti Scripse et mesuagium Ricardi Crawe, habendas et tenendas dictas duas acras et dimidiam terre, una cum duobus mesuagiis prenotatis, dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, integre, bene et in pace sine aliqua reclamacione mei seu heredum vel assignatorum meorum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, G. de Leukenore.[4]

172.

Carta Thome de Parco de atornato faciendo in curia sua. *c.* 1230.

[H]ec est convencio facta inter magistrum milicie

[1] Hugh Foliot, became archdeacon of Shropshire after 1175 and bishop of Hereford in 1219.

[2] Precentor of Hereford, 1195.

[3] Ralph Foliot, archdeacon of Hereford, ob. 1195.

[4] See p. 25 *supra*, note 1, and p. 166 *infra*, note 1.

fol. 44 (*cont.*). Templi in Anglia et fratres eiusdem milicie ex parte una et Thomam de Parco de Brithewelle[1] ex altera, videlicet quod predictus Thomas concessit pro se et heredibus suis quibuscumque quod preceptor de Couele, quicumque qui pro tempore fuerit, possit per litteras suas patentes constituere et facere quemcumque voluerit atornatum suum ad faciendam sectam curie ipsius Thome pro manerio ipsorum magistri et fratrum quod vocatum est Werpesgrave, ita quod quicumque litteras ipsius preceptoris patentes ad curiam ipsius Thome vel heredum suorum quorumcumque portaverit, tamquam ipsius preceptoris atornatus legitimus admittatur. In cuius rei testimonium, predicti magister et Thomas sigilla sua huic scripto in modum cirographi confecto apposuerunt hinc inde. Hiis testibus, magistro Waltero de la Mare, Olivero de Hasele.

173.

Esendon'.[3]

c. 1200. *fol.* 45.[2] Rob. de Seuekworth[4] [grants his lands in Easington to his son Ralph].

Sciant etc. quod ego Robertus de Seuekwrth',[5] concessu Willelmi filii mei primogeniti, dedi et concessi Radulpho de Seuecwrth', pro homagio et servicio suo, totam terram meam de Esindon' cum omnibus pert. suis, tenendam et habendam sibi et heredibus suis de me et heredibus meis, libere et quiete et integre, reddendo inde mihi annuatim et heredibus meis idem Radulphus et heredes sui unum nisum ruffum ad Assumpcionem sancte Marie pro omni servicio et exaccione, salvo forinseco [servicio] domini regis. Pro hac autem donacione et concessione predictus Radulphus dedit mihi triginta marcas argenti ad predictam terram acquietandem in gersumma. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ioce de Plugeney et Roberto fratre

[1] Brightwell Baldwin, Oxon.
[2] Fol. 44v. is blank.
[3] Easington, Oxon.
[4] Written in margin, in later hand.
[5] Seacourt, near Botley, Berks.

eius,[1] Ricardo Foliot,[2] Ricardo de Britwelle et Amary del Park, Ricardo Piron, Iohanni de Oilli, Roberto de Periton', Mauricio Angevin',[3] et multis aliis. *fol.* 45 (*cont.*).

174.

Carta Radulphi filii Roberti de Seuekwrth' de terra de Esindon'. *c.* 1200–1220.

[S]ciant etc. quod ego Radulphus, filius Roberti de Seuekwrth', dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis, pro salute mea et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, totam terram meam de Esindon' cum omnibus pert. suis, quam habui de dono Roberti de Seuekwerth' patris mei, pro homagio et servicio meo, habendam et tenendam in liberam et puram et perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim Willelmo de Seuekwerth' fratri meo et heredibus suis unum nisum ruffum vel duos solidos in die Assumpcionis sancte Marie pro omni seculari servicio et exaccione, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad tantum liberum tenementum in eadem villa. Ut autem [etc. sealing]. His testibus, domino Radulpho Harang', domino Iohanne filio Wellelmi, Ricardo Folioth, Waltero filio Pagani, Willelmo de Leuekenore, Henrico de Kersinton' et aliis.

175.

[Ralph de Seuekwerth' grants land in Easington.][4] *c.* 1200–1220.

Omnibus etc.[5] Radulphus filius Roberti de Seuekwrth' salutem in domino. Noverit universitas vestra quod ego, pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam terram meam de Esindon' cum omnibus pert. suis quam habui de dono Roberti de Seuekwrth' patris mei, habendam et tenendam in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim Willelmo de Seuekwrth' fratri

[1] Sons of Hugh de Plugeney, temp. Henry II. (See *O.C.*, ii. 196 for attesting of a charter *c.* 1200.)

[2] See Nos. 162 and 170 *supra*.

[3] See p. 120, note 3 *supra*.

[4] Almost identical with No. 174 *supra*.

[5] Written in margin.

fol. 45 (*cont.*). meo vel heredibus suis unum nisum ruffum in die Assumpcionis beate Marie, et mihi vel heredibus meis unum par calcariorum deauratorum de sex denariis esterlingorum, et ad voluntatem dictorum fratrum Templi sit de calcaribus sive de denariis predictis mihi vel heredibus meis solvendis in domo templi de Couele ad Pascham pro omni seculari servicio et exaccione, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad tantum liberum tenementum in eadem villa. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus qui ut proximo supra.

176.

c. 1200. [William de Seuekwerth' confirms the grant of his father Robert to his brother Ralph.][1]

[S]ciant etc. quod ego Willelmus de Seuekwerth' concessi Radulpho fratri meo donacionem patris mei Roberti de Seuekwerth', scilicet totam terram de Esindon' cum omnibus pert., tenendam et habendam sibi et heredibus suis ut carta patris mei Roberti condonat, scilicet per unum nisum ruffum reddendo annuatim pro omni servicio et consuetudine et exaccione, salvo servicio domini regis. Pro hac autem concessione et confirmacione idem Radulphus dedit mihi unum anulum *fol.* 45*v.* auri. Et ego Willelmus | hanc concessionem [etc. sealing]. Hiis testibus, Ioce de Plugeney et Roberto fratre eius, Ricardo Folioth, Ricardo de Britwelle, Amaro de Parch', Ricardo Pyron, Iohanne de Oyli, Roberto de Periton', Mauricio Angevin', Iohanne de Appelford' et multis aliis.

177.

c. 1220. Carta Willelmi filii Iohannis de Appelford' de triginta et quatuor solidis annui redditus.

[O]mnibus etc. Willelmus filius Iohannis de Appeleford' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute mea, antecessorum et successorum meorum, dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie

[1] The date is probably the same as that of No. 173 *supra*, for the witnesses are identical, with the addition of John de Appelford'.

Templi triginta et quatuor solidos annui redditus, quos percipere solebam annuatim de Gilberto filio Ricardi et Rogero Dru[1] de Esindon' de tenementis que ipsi tenuerunt de me in Esinden', scilicet de Gilberto filio Ricardi decem et septem solidos ad duos terminos anni, scilicet medietatem ad festum sancti Michaelis et aliam medietatem ad Pascham, pro una dimidia hidata terre quam de me tenuit; et de Rogero Dru xvii solidos ad predictos terminos anni, pro una dimidia hida terre quam de me tenuit, de quibus triginta et quatuor solidis, ante hanc donacionem meam, reddidi predictis fratribus singulis annis xii denarios annui redditus, habendos et tenendos predictis fratribus milicie Templi in liberam, puram et perpetuam elimosinam, solutam et quietam ab omni seculari servicio et exaccione in homagio et servicio, wardis et releviis et eschaetis et omnibus aliis rebus que ad me vel ad heredes meos de predictis tenentibus et eorum tenementis aliquo tempore pertinere possent aliquo modo. Et ego [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Stephano de Cheindut, Hugone Piron de Goldouere, Johanne de Longehull', Willelmo le Neuman, Willelmo de Scalebroc, Olivero de Heseley, Willelmo de Cleyore et aliis. *fol.* 45*v.* (*cont.*).

178.

Confirmacio, carta Willelmi de Seuekwrth' de dono Radulphi fratris sui, et debet precedere proximam precedentem. *Before* 1227,[2] *probably c.* 1220.

[O]mnibus etc. Willelmus de Seuekwrthe salutem in domino. Noverit universitas vestra quod ego pro salute anime mee et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedi [etc.] in puram et perpetuam elemosinam, deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis donum quod

[1] For Roger Dru see Nos. 179 and 225 *infra*, pp. 128 and 163.

[2] On 7 March 1227 William de Seuekwrthe was vouched to warranty by the Master of the Temple in a suit brought against him by Stephen de Blanccheval and Emma his wife, widow of Robert de Seuekwrthe, who claimed this land in Easington (½ of half a knight's fee) as dos. William conceded to them for the life of Emma a mark of yearly rent, and they quitclaimed to him the whole land of Easington which had been of Robert de Seuekwrthe, his father. (*Oxfordshire Fines*, p. 81, No. 28.)

fol. 45*v.* (*cont.*). Radulphus de Seuek' frater meus eisdem fratribus Templi fecit de tota terra de Esindon'[1] cum omnibus pert. suis, habendam et tenendam predictis fratribus milicie Templi predictam terram de Esindon' cum omnibus pert. suis, in puram et perpetuam elemosinam, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in viis et semitis, in introitibus et exitibus, et in omnibus rebus ad eandem terram pertinentibus, infra villam et extra, libere, integre et quiete, absque omni seculari servicio et exaccione, salvo servicio Thurstani Dispensarii et heredum suorum.[2] Preterea dedi [etc.] extra me et heredes meos in perpetuum predictis fratribus milicie Templi unum nisum ruffum quem Radulphus de Seuek' mihi debuit, scilicet frater meus, et consuevit reddere pro predicta terra de Esindon'. Ego autem [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Radulpho Harang', Waltero Foliot, Ricardo Foliot, Ricardo de Parco, Roberto de Britwelle, Roberto de Witham, Moyse de Abind', Petro Mimekan et aliis.

179.

c. 1230. *fol.* 46.

Carta Rogeri Dru de quatuor acris.

[U]niversis etc. Rogerus filius Dru[3] de Esindon' salutem. Noveritis me dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia quatuor acras terre mee in villa de Esindon', in puram et perpetuam elemosinam, videlicet unam acram in Brocfurlong' iuxta dimidiam acram Rogeri pretoris, et duas acras in clauca super campum de Chaugraue tendentes a partibus Marlare iuxta terram Templi, et quartam acram in Scorteforlong' que se extendit in Buriforlong' in orientali totius Scorteforlong', habendas et tenendas ipsis fratribus de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice, integre, hereditarie, cum omnibus liberis consuetudinibus et libertatibus illis quatuor acris pertinentibus et absque omni demanda et seculari exaccione. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone presbitero de Esendon', Petro filio Oliveri, Ada de Langehulle, Willelmo de Hasting', Ricardo Frankeleyn frankeleyn de Esendon', et Johanne fratre eius.

[1] Nos. 174 and 175 *supra*, p. 125.

[2] See confirmation of this grant by Adam Dispenser in 1283. (No. 207 *infra*, p. 148.)

[3] See p. 127 *supra*, note 1.

180.

Carta Ricardi filii Rogeri de duabus acris. *c.* 1230.

fol. 46 (*cont.*).

[S]ciant etc. quod ego Ricardus filius Rogeri de Esindon' dedi [etc.] in puram et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et fratribus milicie Templi duas acras terre et dimidiam, quarum prima iacet ultra viam apud Walingford' ; medietas secunde acre vocatur Gorebrodelond iuxta terram ipsorum Templariorum, et alia medietas est quedam forer super quam terra ipsorum Templariorum buttat, et tercia medietas iacet in Brocforlong' inter terram ipsorum Templariorum et terram Galfridi Long', habendas et tenendas de me et heredibus meis in perpetuam elemosinam, et ad warantizandum contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus, Ricardo Folioth, Ada de Langehull', Rogero Dreu, Henrico de Esindon', Johanne de Esindon', et multis aliis.

181.

Carta [Ricardi filii] Rogeri de Esindon' de una acra. *c.* 1230.

[O]mnibus etc. Ricardus filius Rogeri de Esindon' salutem in domino. Sciatis me pro salute anime mee et patris mei et matris mei dedisse [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis Ierusalem' unam acram terre mee in campo de Esindon', illam scilicet apud le Clauke versus orientem proximam iuxta illam acram quam Edrich de Esindon' tenuit in eodem loco, habendam et tenendam in perpetuum predictis fratribus Templi de me et heredibus meis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, libere, quiete et integre, absque omni demanda et exaccione et servicio seculari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. His testibus, Ricardo Folioth, Ricardo Pyron, Ricardo del Parc, Rogero Dreu, Henrico filio Rogeri, Willelmo Hasting', Aluredo Canun, et aliis.

182.

Carta Iohannis filii Rogeri de una acra. *c.* 1230.

Universis etc. Iohannes filius Rogeri de Esindon' salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse

fol. 46 (*cont.*). [etc.] fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam acram terre in campo de Esindon' que iacet in duobus locis eiusdem campi, videlicet dimidiam acram iacentem inter le Cuttedemulne et Timedgeswell' iuxta le Bakuneslonde et aliam dimidiam acram iacentem in Neyeringweye que se extendit in Biriforlong' iuxta Edrichislonde, habendam et tenendam predictis fratribus milicie Templi de me et heredibus meis in perpetuum, libere, pacifice, et integre cum omnibus pert. predicte acre terre perti-
fol. 46*v*. nentibus. Et ego Iohannes | filius Rogeri [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Pirun, Hugone de Esenden' capellano, Ada de Langehull', Roberto filio David, Roger Dreu de Esenden', et multis aliis.

183.

c. 1230. Carta Ricardi filii Rogeri de una dimidia acra.

[O]mnibus etc. Ricardus filius Rogeri de Esindon' salutem. Noverit universitas vestra quod ego pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, dedi [etc.] deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia unam dimidiam acram terre mee in campo de Esindon' de terra mea quam tenui de eisdem fratribus in eadem villa, illam, scilicet, que iacet ex occidentali parte iuxta terram Galfredi Longi ex una parte et ex alia parte iuxta terram predictorum fratrum Templi, habendam et tenendam illam dimidiam acram in eodem campo et loco sicut predictum est eisdem fratribus de me et heredibus meis in perpetuum, in liberam et perpetuam et puram elemosinam, libere, salute et integre ab omni servicio seculari et demanda que ad me vel heredes meos posset pertinere. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Ricardo Foliot, Rogero Dreu, Henrico filio Rogeri, Aluredeman [*sic*], Willelmo Hasting', Alurredo canon, et aliis.

184.

Before 1200. Carta Walteri filii Iohannis de uno crofto et tribus acris terre.

[O]mnibus etc. Walterus filius Iohannis de Essentona in Christo salutem. Sciatis tam presentes quam futuri

quod ego Walterus Hosat dedi et concessi deo et sancte Marie et fratribus milicibus de Templo Salomonis unam croftam ad domos faciendas et tres acras terre et communitatem ville scilicet in pascuis et silvis, et volo et precipio omnibus meis amicis et hominibus ut predicti fratres illam predictam terram habeant bene et in pace et honorifice ut liberam et quietam elemosinam de omnibus secularibus accionibus, et dimidiam acram prati de monte, et hoc facio pro salute mei ipsius et uxoris mee et puerorum meorum, et pro anima patris mei et matris mee et omnium antecessorum. Et hoc facio concessu uxoris mee Ysabelle et heredis mei. Hiis testibus, Hacat de Hewhude, et Aylbert [*sic*] qui ipsam terram tenuit, et Aelelma de Lutlinton', Roberto de Vernun, Godefr' le Mansel, Osmundo Cotel', et Nicholao de Essenton' et Wymondo de Essentona et Willelmo Brat. *fol.* 46*v.* (*cont.*).

185.

[William de Appelford transfers a rent to the Templars.] *c.* 1220.

[W]illelmus de Appelford[1] carissimis amicis suis Gilberto filio Ricardi de Esindon' et Rogero Dru salutem in domino. Mandamus vobis quod nos atornamus vos ad reddendum dilectis nobis in Christo magistro et fratribus milicie Templi in Anglia totum redditum nostrum quod nobis tenemini de festo sancti Michaelis proximo transacto et de termino Pasche proximo venturo et sic deinceps annuatim ad eosdem terminos inperpetuum. In cuius rei testimonium has litteras nostras vobis fieri fecimus patentes. Valete.

186.

Carta Simonis clerici filii Henrici de quinque acris terre et dimidio. *c.* 1270.[2]

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum

[1] See No. 177 *supra*, p. 126.
[2] See p. 132 *infra*, note 1.

fol. 46*v.* (*cont.*). et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie semper virgini, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia quinque et dimidiam acras terre mee in *fol.* 47. territorio | de Esindon' cum omnibus pert. suis, in puram et perpetuam et liberam elemosinam, quarum quidem una acra iacet super le Clauke versus orientem, cuius pars borealis extendit se versus campum de Chaugraue, necnon et alia iacet in forlongo qui dicitur Elrenestubbe propinquior terre Rogeri de Angulo ex parte occidentali et extendit se in longitudine versus austrum super viam de Walingford' et versus boream super campum de Chaugraue, et etiam una iacet in campo de Esindon' et extendit se ultra le Milne-Weye versus orientem propinquior terre Walteri de Quercu que quondam Gilberti Griffini, et dimidia acra iacet in forlong' qui dicitur Elrenestubbe, videlicet illam [*sic*] que iacet in parte orientali iuxta terram Iohannis Dreu et extendit se versus boream super campum de Chaugraue et versus partem australem super viam de Walingford', et una dimidia acra terre iacet in la Scorteforlong' iuxta terram Iohannis Dreu proximo in parte orientali et extendit se in longitudine versus boream super terram Templi et versus austrum super la Dicforlong' et una dimidia acra iacet in forlongo qui vocatur Medforlongus ex parte occidentali, scilicet propinquiorem [*sic*] Waltero de Quercu, cuius pars borealis se extendit [versus] viam de Walingford' et una acra iacet in campo de Esindon', videlicet in austro campo inter terram Iohannis Dreu et Walteri del Brok' que in australi parte extendit se versus viam que ducit versus Thame, habendas et tenendas dictas quinque acras terre et dimidiam cum omnibus pert. suis ut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, quiete, integre, pacifice, ita quod nec ego Symon nec heredes mei nec alius per nos vel pro nobis ius vel clameum in dictis v. acris terre et dimidia cum pert. suis calumpniari vel exigere potuerimus. Et ego [etc. warranty]. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone tunc temporis rectore ecclesie de Esind'.[1]

[1] Easington was originally a chapel of Pirton parish, but *c.* 1205 it became an independent parish. Godstow nunnery claimed a pension from it by gift of Robert de Seuecworth against this rector, Simon, in 1273. (*The English Register of Godstow Nunnery* i, 324.)

187.

Carta eiusdem de una dimidia acra terre. *c.* 1270.

fol. 47 (*cont.*).

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esind' salutem in domino. Noverit universitas vestra me, pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum, concessisse [etc.] deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam dimidiam acram terre mee cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', illam videlicet que iacet in campo de Esind' qui vocatur Medforlong' ex parte occidentali proxima Waltero de Quercu, cuius borealis pars se extendit versus viam de Walingeford', habendam et tenendam dictam dimidiam acram terre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus, libere, quiete, pacifice, integre, ita quod nec ego Symon nec heredes mei nec alius per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta dimidia acra terre cum omnibus pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone tunc temporis rectore ecclesie de Esind', Johanne Piron.

188.

Carta eiusdem de una acra terre. *c.* 1270.

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse [etc.] deo et beate Marie, | *fol.* 47*v.*
magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam acram terre mee cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', illam videlicet que iacet super le Clauke versus orientem, cuius pars borealis extendit se versus campum de Chaugraue, habendam et tenendam dictam acram terre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus, libere, quiete, pacifice, integre, ita quod nec ego Simon nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre cum pert. suis de

fol. 47*v.* (*cont.*). cetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Symone tunc temporis rectore ecclesie de Esindon'.

189.

c. 1270. Carta eiusdem de una acra terre.

[O]mnibus etc. Symon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie semper virgini, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam acram terre mee in territorio de Esindon' cum omnibus pert. suis, in puram et perpetuam elemosinam et liberam. Que quidem acra iacet in campo qui dicitur Elrenestrubbe propinquior terre Rogeri de Angulo ex parte occidentali et extendit se in longitudine versus austrum super viam de Walingeford' et versus boream super campum de Chalgraue, habendam et tenendam dictam acram terre cum omnibus pert. suis ut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, quiete, integre, pacifice, ita quod nec ego dictus Simon nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre cum pert. suis calumpniari vel exigere potuerimus. Et ego [etc. warranty] ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Symone tunc temporis rectore ecclesie de Esindon'.

190.

c. 1270. Carta eiusdem de dimidia acra terre.

[O]mnibus etc. Symon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salutem anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse [etc.] deo et beate virgini semper Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam dimidiam acram terre cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', illam videlicet quam Robertus Bercarius de Kucusham[1] aliquando tenuit

[1] Cuxham, between Brightwell and Pyrton.

de me et iacet iuxta dimidiam acram quam pro *fol. 47v.*
salute anime mee dedi ecclesie de Esindon' ad sustenta- *(cont.).*
cionem cuiusdam lampadis, ex parte orientali et extendit se versus boream in viam que ducit ad Walingford', habendam et tenendam dictam dimidiam acram terre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus, libere, quiete, pacifice, bene et integre, ita quod ego Simon clericus de Esindon' nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta dimidia acra terre cum omnibus pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. *fol. 48.*
Hiis testibus, Iohanne Piron, Waltero de Quercu.

191.

Carta eiusdem de una acra terre. *c.* **1270.**

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse [etc.] deo et beate Marie semper virgini, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam acram terre et dimidiam cum omnibus pert. suis, in territorio de Esindon', illam videlicet acram que iacet inter terram que fuit Iohannis Dreu et terram que fuit Christiane vidue et extendit se versus austrum super terram Templi et versus boream se extendit in viam que ducit ad Walingford', et illam dimidiam acram quam Robertus Bercarius de Kucusham aliquando tenuit de me, et iacet iuxta dimidiam acram quam pro salute anime mee dedi ecclesie de Esindon' ad sustentacionem cuiusdam lampadis, ex parte orientali et extendit se versus boream in viam que ducit ad Walingford', habendam et tenendam dictam acram terre et dimidiam cum omnibus pert. sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, bene et integre, ita quod ego Symon clericus de Esindon' nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre et dimidia cum omnibus pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing].
Hiis testibus, Iohanne Piron, Waltero de Quercu.

192.

c. 1270. *fol.* 48 (*cont.*).

Carta eiusdem de octo acris terre.

[O]mnibus etc. Symon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse [etc.] deo et beate Marie semper virgini et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia octo acras terre mee in territorio de Esindon' cum omnibus pert. suis in puram et perpetuam et liberam elemosinam, quarum quidem una acra iacet super le Clauke versus orientem, cuius pars borealis extendit se versus campum de Chaugraue ; necnon et alia iacet in furlongo qui dicitur Elrenestubbe propinquior terre Rogeri de Angulo ex parte occidentali et extendit se in longitudine versus austrum super viam de Walingeford' et versus boream super campum de Chaugraue ; et etiam una iacet in campo de Esindon' et extendit se ultra le Milne weye versus orientem propinquior terre Walteri de Quercu, que quondam fuit Gilberti Griffin ; et dimidia acra iacet in forlongo qui dicitur Elfenestub, videlicet illa que iacet in parte orientali iuxta terram Iohannis Dreu, et extendit se versus boream super campum de Chaugraue et versus partem australem super viam de Walingford' ; et etiam una dimidia acra terre que iacet in Scorteforlongo iuxta terram Iohannis Dreu proximo in parte orientali et extendit se in longitudine versus boream super terram Templi et versus austrum super la Dicforlong' ; et una acra iacet in campo de Esindon', videlicet in austro campo inter terram Iohannis Dreu et Walteri del Hok, que in australi *fol.* 48*v.* parte extendit | se versus viam que ducit versus Thame ; et una dimidia acra iacet in campo de Esindon' iuxta acram quam fratres Templi habent de Iohanne Dreu, et extendit se versus aquilonem in viam que ducit versus Walingeford' ; et una acra in Scorteforlonge iacet iuxta terram Walteri del Hok et extendit se versus austrum in Dicforlongum et versus aquilonem in Buriforlongum ; et una dimidia acra in Dicforlongo iacet iuxta terram que fuit Hugonis Dreu ex parte orientali et extendit se versus aquilonem in Schorteforlongum et versus austrum in pratum de Cukesham ; et una dimidia acra iacet iuxta

terram fratrum Templi ex parte australi et extendit se versus orientem et versus ecclesiam de Esindon super terram Templi, habendas et tenendas dictas octo acras terre cum omnibus pert. suis ut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, quiete, integre, pacifice, ita quod nec ego Simon nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dictis octo acris terre cum pert. suis calumpniari vel exigere potuerimus. Et ego [etc. warranty]. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone tunc temporis rectore ecclesie de Esindon', Iohanne Piron. *fol.* 48*v.* (*cont.*).

193.

Carta predicti Symonis de dimidia acra terre. *c.* 1270.

[O]mnibus etc. Symon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam dimidiam acram terre mee cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', illam videlicet dimidiam acram terre que iacet in la Scorteuurlange iuxta terram Iohannis Dreu proximam in parte orientali, et extendit se in longitudine versus boream super terram Templi et versus austrum super le Dichuurlange, habendam et tenendam dictam dimidiam acram terre cum pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, integre, ita quod nec ego Simon nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta dimidia acra terre cum pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Symone tunc temporis rectore ecclesie de Esindon'.

194.

Carta eiusdem de una acra terre. *c.* 1270.

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas

fol. 48*v*. (*cont.*). vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate semper virgini Marie, magistro et fratribus milicie Templi *fol.* 49. in Anglia, in liberam, puram et perpe | tuam elemosinam unam acram terre cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', illam videlicet que iacet in Schortefurlongo et extendit se versus aquilonem in le Buriforlongum et versus austrum in Dichforlongum, habendam et tenendam dictam acram terre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus, libere, quiete, pacifice, bene et integre, ita quod ego Simon clericus de Esindon' nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre cum omnibus pert. decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron.

195.

c. 1270. Carta eiusdem de una dimidia acra terre.

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate semper virgini Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam dimidiam acram terre cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', videlicet illam propinquiorem terre Templi, que quondam fuit Iohannis de eadem villa ex parte occidentali et etiam cuius unum capud extendit se versus viam que ducit apud Walingford' ex parte aquilonari sicut mete et divise undique proportant et condonant, habendam et tenendam dictam dimidiam acram terre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, bene et integre, ita quod ego Simon clericus de Esindon' nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta dimidia acra terre cum omnibus pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron, Waltero de Quercu.

196.

Carta eiusdem de una acra et dimidia. *c.* 1270.

fol. 49 (*cont.*).

[O]mnibus etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie semper virgini, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam et dimidiam acram terre mee in territorio de Esindon' cum omnibus pert. suis, in puram et perpetuam et liberam elemosinam, que quidem acra iacet in campo de Esindon' et extendit se ultra Muleweye versus orientem propinquior terre Walteri del Hok' que fuit quondam Gilberti Griffin, et dimidia acra iacet in campo qui dicitur Elrenestubbe, unam [*sic*] illarum trium dimidiarum acrarum, illam [*sic*] videlicet que iacet in parte orientali iuxta terram Iohannis Dreu et extendit se versus boream super campum de Chaugraue, et versus partem australem super viam de Walingeford', habendam et tenendam dictam acram terre et dimidiam cum omnibus suis pert. sicut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et | eorum successoribus, libere, *fol.* 49*v.* quiete, integre, pacifice, ita quod nec ego Simon nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre et dimidia cum pert. suis calumpniari vel exigere potuerimus. Et ego [etc. warranty]. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone tunc temporis rectore ecclesie de Esindon'.

197.

Carta eiusdem de tribus acris terre et dimidia. *c.* 1270.

[U]niversis etc. Simon clericus filius Henrici de Esindon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie semper virgini, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia tres acras terre mee et dimidiam acram in territorio de Esindon' cum omnibus pert. suis in puram et perpetuam et liberam elemosinam, quarum una acra iacet inter terram Iohannis Dreu et terram

fol. 49*v.* (*cont.*). relicte la Bonde et extendit se in parte australi in montem et in capite boreali in viam que ducit versus Walingford', et una acra iacet inter terram Ade de Cukesham et Iohannis Dreu predicti in eodem furlongo, et una dimidia acra iacet in eodem furlongo iuxta terram Templi, cuius capud australe extendit se super terram dicti Iohannis Dreu et in capite boreali in Porteweye que ducit versus Walingeford', et una acra iacet in forlongo quod dicitur Ruggeforlongum inter terram Templi et terram Rogeri in angulo, habendas et tenendas dictas tres acras et dimidiam terre cum omnibus pert. suis ut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, quiete, integre, pacifice, ita quod nec ego Simon nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dictis tribus acris terre et dimidia cum pert. suis calumpniari vel exigere potuerimus in perpetuum. Et ego [etc. warranty]. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone tunc rectore de Esindon'.

198.

c. 1270. Carta Iohannis Dreu de vii acris terre et dimidia et una roda.

[O]mnibus etc. Iohannes Drew de Esindon' filius Rogeri Drew de eadem villa salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia in liberam, puram, et perpetuam elemosinam septem acras et dimidiam et unam rodam terre arabilis in campo de Esindon' cum omnibus suis pert., quarum una iacet iuxta terram Symonis clerici de Esindon' ex parte orientali et abuttat ad unum caput super viam de Walingford' ex parte boreali ; una dimidia acra iacet in Dichforlongo iuxta
fol. 50. illam terram Templi que fuit Simonis | clerici, cuius caput australe extendit se ad viam de Thame ; alia dimidia acra est capitanea ex parte australi in Medeforlong ; alia dimidia acra iacet in forlongo de Elrenestub inter

terram Walteri de Quercu et Rogeri de Stanidelue et extendit se versus austrum ad viam de Walingford' ; et una acra iacet iuxta terram Templi, cuius unum caput extendit se versus campum de Chalgraue et aliud caput versus viam de Walingford' ; et una acra iacet in Scorteforlongo inter terram Walteri del Oke et terram Ade de Cukesham et extendit se ad unum caput ad Buriforlongum et aliud caput ad Dichforlongum ; una acra iacet iuxta Buriforlongum et extendit se ex parte boreali ad viam Walingford' ; et alia acra iacet iuxta terram Walteri del Oke ex parte boreali et extendit se versus orientem ad Buriforlongum ; una acra in Scorteforlongo iuxta terram Christiane Bakon et abuttat into Buriforlong ; una roda iacet iuxta rodam Templi ex parte occidentali et extendit se versus austrum ad viam Walingford' ; simul etiam et tres denarios redditus annualis quos Rogerus de Stanidelf mihi quolibet anno reddere consuevit ad Pascham pro una acra terre et dimidia quas idem Rogerus de me tenuit in eadem villa de Esindon', quarum una dimidia acra iacet in Dichforlongo iuxta terram Templi in eodem forlongo ; una dimidia acra iacet in Chircheforlongo iuxta capiteram Templi ; et una dimidia acra iacet in forlongo de Elrenestub iuxta terram Templi, una etiam cum omnibus pert. et cum toto iure et clameo quod ego Iohannes vel heredes mei vel assignati mei in supraproximis dictis tribus denariis redditus annualis et una acra terre et dimidia aliquatenus habere possemus ; habendas et tenendas predictas septem acras terre et dimidiam et unam rodam et predictos tres denarios redditus annualis cum omnibus suis pert., libertatibus, et aysiamentis et sicut suprascriptum est de me et heredibus meis vel assignatis meis predictis magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia et eorum successoribus adeo libere et quiete, solute, plene, pacifice, integre, et honorifice, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, inperpetuum sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo liberius, purius, plenius seu melius dari potuerit vel conferri, simul insuper absque omni seculari servicio, consuetudine, secta curiarum, exaccione et omnimoda alia seculari demanda. Et ego [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron.

fol. 50 (*cont.*).

199.

c. 1270. Carta eiusdem de una acra terre.

fol. 50. (*cont.*). [O]mnibus etc. Iohannes Dreu de Esindon' filius Rogeri Drew de eadem villa salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia in liberam, puram, et perpetuam elemosinam unam acram terre arabilis in campo de Esindon' qui vocatur Elrenestub ex parte australi et *fol.* 50*v*. abuttat versus viam de Walingeford' videlicet | illam quam Simon persona aliquando tenuit de predicto I. Drew cum omnibus pert. et cum toto iure et clameo quod ego Iohannes vel heredes mei vel assignati mei aliquatenus habere possemus, habendam et tenendam predictam acram cum omnibus suis pert., libertatibus et aysiamentis, et sicut supra scriptum est de me et heredibus meis et assignatis meis predictis magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia et eorum successoribus adeo libere et quiete, solute, plene, pacifice, integre, et honorifice, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam inperpetuum, sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo liberius, purius, plenius vel melius dari potuerit vel conferri, simul insuper absque omni seculari servicio, consuetudine, secta curiarum, exaccione et omnimoda alia seculari demanda. Et ego [etc. warranty]. Ut autem [etc. sealing]. Hiis testibus, Simone clerico de Esindon', Waltero de Quercu.

200.

c. 1270. Carta eiusdem de i acra terre.

[O]mnibus etc. Iohannes Dreu de Hesindon' filius Rogeri Dreu de eadem villa salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salutem anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam acram terre cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', videlicet illam propinquiorem terre Simonis clerici de Hesindon' ex parte orientali,

et etiam cuius unum caput se extendit super viam de Walingford' ex parte boreali, habendam et tenendam dictam acram terre cum omnibus pert. suis, sicut predictum est, dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, bene, et in pace, et integre, ita quod ego Iohannes Dreu nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre cum pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Pyron, Symone clerico de Esindon', Waltero de Quercu. *fol.* 50*v.* (*cont.*).

201.

Carta eiusdem de i. acra terre. *c.* 1270.

[O]mnibus etc. Iohannes Dreu de Esindon' filius Rogeri Dreu de eadem villa salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram, et perpetuam elemosinam unam acram terre mee cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', illam videlicet que iacet iuxta terram Templi in campo de Esindon', cuius una pars se extendit versus campum de Chaugraue et altera pars versus viam de Walingeford', habendam et tenendam dictam acram terre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, integre, ita quod nec ego Iohannes nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel | clameum in *fol.* 51. dicta acra terre cum pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron, Symone clerico de Esindon'.

202.

Carta eiusdem de i. acra et dimidia. *c.* 1270.

[U]niversis etc. Johannes Dreu de Esindon' filius Rogeri Dreu de eadem [villa] salutem in domino eternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium

fol. 51 (*cont.*). antecessorum et successorum meorum concessisse deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram, et perpetuam elemosinam unam acram et dimidiam terre cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', videlicet illam dimidiam acram que iacet in campo de Esindon' qui dicitur Dichfurlongus et iacet iuxta illam terram Templi que fuit Simonis clerici, cuius caput australe extendit se ad viam que ducit ad Thame ; et alia dimidia acra est terra capitanea in parte australi de Medforlango, cuius pars orientalis se extendit ad terram Templi que dicitur Buriforlangus ; et tercia dimidia acra iacet in campo de Esendon' in quadem quarentena que dicitur Elrenestub inter terram Walteri de Quercu et terram Rogeri de Stanidelue et extendit se versus austrum ad viam de Walingford' et versus aquilonem ad campum de Chalgraue, habendam et tenendam dictam acram terre et dimidiam cum omnibus pert. suis sicut predictum est ipsis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, bene, integre, inperpetuum, ita quod ego Iohannes Dreu nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre et dimidia cum pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron.

203.

c. 1270. Carta eiusdem de i. (acra).

[O]mnibus etc. Iohannes Dru de Esendon' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie semper virgini, magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam acram terre mee in territorio de Esendon' cum omnibus pert. suis in puram, perpetuam et liberam elemosinam, iacentem in Schorteforlongo inter terram Walteri de la Hoke ex parte orientali et terram Ade de Cukesham et extendit se in parte boreali in Buriforlongum et in parte australi in Dicforlongum, habendam et tenendam dictam acram terre cum omnibus pert. suis, ut predictum est dictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, quiete, integre, pacifice,

ita quod nec ego Iohannes Drew nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dicta acra terre | cum pert. suis vindicare, calumpniari vel exigere potuerimus inperpetuum. Et ego [etc. warranty]. Ut igitur [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Simone tunc rectore de Esindon'. *fol.* 51 (*cont.*). *fol.* 51*v.*

204.

Carta eiusdem de ii. acris terre et quarta parte unius acre. *c.* **1270.**

[O]mnibus etc. Iohannes Dreu de Esindon' filius Rogeri Dreu de eadem villa salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam, duas acras terre et quartam partem unius acre cum omnibus pert. suis in territorio de Esindon', quarum videlicet una iacet iuxta terram Templi que vocatur Buriforlongus et extendit se versus boream in viam que ducit ad Walingford' ; et altera acra iacet iuxta terram Walteri del Hok' ex parte boreali et extendit se versus orientem super terram Templi que vocatur Buriforlongus ; et quarta pars acre iacet iuxta quamdam quartam partem acre Templi ex parte occidentali et extendit se versus austrum in viam que ducit ad Walingford' ; habendas et tenendas dictas duas acras terre et quartam partem acre cum omnibus pert. suis sicut predictum est dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice, bene et in pace, et integre, ita quod ego Iohannes Dreu nec heredes mei nec aliquis per nos vel pro nobis ius vel clameum in dictis duabus acris terre et quarta parte acre cum pert. suis decetero exigere potuerimus vel calumpniari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron.

205.

Carta Iohanne relicta Rogeri Dru de Essindone de una dimidia virgata terre.[1] *c.* **1260.**

[S]ciant etc. quod ego Iohanna quondam filia Ricardi

[1] This heading is written in the margin in black ink.

fol. 51*v.* (*cont.*). Roke, relicta Rogeri Dru de Esindon', in mea propria viduitate et ligia potestate dedi etc. pro me et heredibus meis Hugoni Dru filio meo pro servicio suo unam dimidiam virgatam terre in campo de Esindon' cum tofto et crofto in eadem villa predicte dimidie virgate terre pertinentibus et cum omnibus ubique libertatibus et pert. suis tam infra villam quam extra, habendam et tenendam predicto Hugoni et heredibus suis vel suis assignatis saltem cuicumque vel quibuscumque illam dare vel vendere, legare vel assignare voluerit sive in sanitate sive in egritudine, in religione vel extra, libere, quiete, integre, bene et in pace, inperpetuum, reddendo inde annuatim preceptori Templi de Couele duos bussellos frumenti de veteri mensura de Walingeford' die sancti Martini, et heredibus Radulphi de Saunford'[1] dimidiam libram piperis in vigilia sancti Thome Apostoli pro omni
fol. 52. servicio et exaccione, consuetudine et demanda, | salvo tamen forinseco servicio quantum pertinet ad predictam terram. Et ego [etc. warranty]. Pro hac autem donacione, concessione, confirmacione et warantizacione predictus Hugo et heredes sui vel sui assignati me exhibebunt quamdiu vixero competenciam in victu et vestitu et omnibus aliis necessariis. Ut hec [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Fulcone de Ruicote.[2]

206.

c. 1260. Carta Hugonis filii Iohanne de quodam mesuagio et ix. acris terre et dimidia acra.

[S]ciant etc. quod ego Hugo filius Iohanne filie Ricardi le Rok dedi etc. magistro et fratribus milicie Templi in Anglia unum mesuagium et novem acras et dimidiam terre arabilis et dimidiam acram prati in villa de Esindon', illud scilicet mesuagium quod situm est inter mesuagium Simonis clerici et Cristine la Bonde ; et una predictarum acrarum (iacet) in Dicforlongo et extendit se in capite australi in pratum de Cukesham inter terram Iohannis Dreu et terram Rogeri de Stanidelf ; et una acra iacet in Crundelforlongo inter terram Iohannis Dreu predicti et terram Walteri de la Oke ; et una dimidia

[1] See p. 83 *supra*, note 2 ; he was dead before 1255.
[2] See p. 6, note 2 *supra*.

acra iacet in Schorteforlongo inter terram Templi predicti *fol.* 52
et terram Walteri de la Oke prenominati ; et una dimi- (*cont.*).
dia acra iacet ultra le Muleweye inter terram Rogeri in Hurne et terram Cristine la Bonde predicte ; et una roda iacet super Ruggeweye inter terram Rogeri de Stanidelf predicti et terram Ade de Cukesham ; et una acra iacet in eodem forlongo predicto inter terram dicti Templi et terram Ade de Cukesham prefati ; et una acra iacet in forlongo qui dicitur Weytinghille inter terram Simonis clerici et terram Walteri de la Oke predictorum ; et una dimidia acra iacet in forlongo qui vocatur Neyrereggeweye inter terram Rogeri in ye Hurne et Rogeri de Stanidelf prenominatorum ; et una dimidia acra iacet in Medeforlongo inter terram Iohannis Dreu et terram Cristine la Bonde antedictorum ; et una dimidia acra iacet subter la Porteweye inter terram Ade de Cukusham ex parte utraque ; et una roda iacet in eodem forlongo predicto inter terram Iohannis Dreu et terram Cristine la Bonde prenominatorum ; et una dimidia acra in eodem forlongo predicto iacet inter terram Matildis de Fonte et terram Walteri de la Hoke predicti ; et una dimidia acra iacet in eodem furlongo predicto ex parte occidentali de la Elrenestub inter terram Iohannis Dru et Cristine la Bonde premissorum ; et una dimidia acra iacet ex austro le Portweye inter terram Ade de Cukesham et Simonis clerici predictorum ; et una dimidia acra iacet supra le Portweye inter terram Ade de Cukesham et terram Cristine la Bonde predictorum ; et una dimidia acra iacet in eodem furlongo predicto inter terram Rogeri in ye Hurne et terram Cristine la Bonde premissorum ; et una dimidia acra prati iacet in prato de Esindon' predicta, eadem scilicet que sorte contigerit in particione prati memorati, habenda et tenenda pro me et heredibus et successoribus meis universis et eorum singulis et assignatis meis quibuscunque dictis magistro et fratribus milicie Templi dicta mesuagium, terram arabilem et pratum cum omnibus pert. et iuribus et aysiamentis ad eadem mesuagium, terram arabilem, et pratum spectantibus, libere et quiete, absque omnibus serviciis secularibus, exaccionibus vel demandis, extorsionibus et consuetudinibus mundalibus, et sectis quibuscumque et inquietacionibus, bene, | integre et sine lite, in puram et perpetuam *fol.* 52*v*.

fol. 52*v.* (*cont.*). elemosinam sine fine permansuram, ita quod nec ego H. nec aliquis heredum, successorum vel assignatorum meorum quorumcumque in dictis mesuagio, terra arabili et prato vel pertinenciis, iuribus et aysiamentis eorumdem universis et singulis quicquam iuris, pactionis vel clamii retinere, habere seu clamare potuerimus inperpetuum. Sed ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto de Roppeford'.

207.[1]

11 April, 1283. Quieta clamacio domini Ade Dispensarii de manerio de Esindon' scilicet de dimidio feodo unius militis.

[O]mnibus Christi fidelibus etc. Ada Dispensarius miles salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me concessisse, remisisse et omnino quietumclamasse pro me et heredibus meis et assignatis deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum ius et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in manerio de Esindon', scilicet dimidium feodum militis cum omnibus pert. suis, videlicet quicquid iidem magister et fratres habuerunt de dono Radulphi de Seuekwrth'[2] in eadem villa inperpetuum, habendum et tenendum dictum dimidium feodum cum suis pert. libertatibus et aysiamentis dicto dimidio feodo pertinentibus dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, pacifice, integre et quiete, ita quod nec ego nec heredes mei nec assignati aliquid genus servicii ut in wardis, releviis, eschaetis, herietis, sectis curiarum et auxiliis ad filios milites faciendos et filias maritandas seu aliquibus aliis secularibus serviciis et demandis, nec aliquid ius vel clameum in dicto dimidio feodo exigere seu vendicare potuerimus inperpetuum, excepto scutagio dimidii militis cum acciderit. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, ut patet in carta. Datum apud Saunford' tercio idus Aprilis anno domini m°cc°lxxxiii°.

[1] This deed is written in lighter ink, and is the latest entry in the hand of the first scribe; the heading in the margin is in black.

[2] See Nos. 174, 175, 178 *supra*, pp. 125–128.

208.

Stok' Talemacch'.[1]

Carta Petri Talemacch' de una dimidia hida terre et uno mesuagio et quatuor acris prati.

Probably before 1211.[2]

fol. 53.

[O]mnibus etc. Petrus Talemacche salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et Ricardi Talemacche patris mei et pro anima Auicie matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis Ierusalem unam dimidiam hidam terre de dominico meo in villa de Stoke, simul cum corpore meo ad sepeliendum in cimiterio eorundem fratrum ubicunque voluerint et unum mesuagium quod Walterus Caluus et Henricus le Teler tenuerunt aliquando et quatuor acras prati. De terra autem arabili huius dimidie hide sex acre iacent in campo aquilonari super Blakehull', et in declivo super curiam Ricardi de Turs iacent quinque acre et tendunt versus predictam curiam, et in altero declivo versus orientem iacent quatuor acre et tendunt versus Wythefeld,[3] et in campo australi in Richfurlongo iacent quinque acre, et in Brocfurlongo iacent vii acre, et in Sorfurlongo iacet dimidia acra iuxta terram quam Matheus tenuit ex parte orientali, et super muschulle iacent tres dimidie acre et tendunt in terram quam Radulphus filius Rogeri tenuit aliquando, et super alteram muschulle iacet una acra iuxta terram Ricardi Burdon ex parte occidentali, et in campo occidentali qui vocatur Chelfelde iacent due acre super Colstaple et una acra que pertransit viam versus Craweyorne iuxta terram Radulphi prepositi ex parte orientali et una acra super Craweyorne iuxta terram monachorum[4] ex parte orientali, et una acra iacet sub Croweyorne inter terram monachorum et etiam unam acram que tendit in viam de Leuekenor' iuxta terram quam Matheus tenuit ex parte orientali, et una acra in Middelforlongo iuxta terram Ricardi le Kene ex parte aquilonari, et in superiori Miswendelande iacet una acra iuxta terram ecclesie ex parte occidentali, et in

[1] Stoke Talmage, Oxon.
[2] See No. 209 *infra*, p. 150.
[3] Wheatfield, north-east of Stoke Talmage.
[4] i.e. of Thame abbey.

fol. 53 (*cont.*). eadem cultura iacent due acre inter terram Radulphi Luel, et in Pusforlongo iacet dimidia acra iuxta terram Rogeri Gernon ex parte occidentali, et apud Waterfurn dimidia acra iuxta terram Ricardi filii Gode ex parte occidentali, et dimidia acra iacet in Langelande iuxta terram Rogeri Gernon et tendit in Cokstapele, et dimidia acra que est forera de la Guldoneakere, et una acra que vocatur ye Hemdakir super quam tendit predicta forera. De quatuor acris prati supradictis due acre iacent in Longedole et iii. perticate prati, et pro una perticata prati une perticata terre arabilis iacet ultra viam versus Croweyorne iuxta terram monachorum ; iuxta pratum Hugonis Longi iacet dimidia acra prati et illud pratum iuxta le Hoke iuxta pratum Hugonis Longi pro dimidia acra, et illud Hoke iuxta Uttemere pro dimidia acra. Hanc autem dimidiam hidam terre prenominatam et quatuor acras prati et mesuagium et pasturam que vocatur la More, que est sub vivario meo, dono et concedo et confirmo prefatis fratribus Templi, habendas et tenendas de me et heredibus meis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, libere, pacifice, integre, sine molestia mei vel heredum meorum, scilicet in viis et semitis, in pratis et pasturis et communis, in aquis et molendinis, in stagnis et ripariis et vivariis, in libero ingressu et egressu, infra villam et extra, et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et aliis aysiamentis predicte terre pertinentibus, absque omni consuetudine et exaccione et servicio seculari que ad me vel ad heredes meos possint pertinere. Et ego [etc. warranty]. Et ut | [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Foliot, Ricardo de Park', Henrico de Wytefeld', Symone persona fratre suo, Ricardo Pyrun, Petro Oliveri, Ricardo le frankeleyn, et Rogero Dru de Esindon', Hugone de Talemasc' et aliis.

fol. 53*v.*

209.

Jan. 1211.[1] Carta Petri Talemacch' de triginta et una acris terre.

[U]niversis etc. Petrus Talemacch' eternam salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro animabus patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus

[1] See No. 241 *infra*, p. 173.

milicie Templi Salomonis in liberam et puram et perpetuam elemosinam absque omnibus secularibus serviciis et exaccionibus triginta unam acras terre in villa de Stokes de dominico meo in escambio unius virgate terre quam eis donavi in villa de Tethswrth'[1] et carta mea confirmavi, nec warantizare potui contra unam assisam quam mater mea super me arramiavit,[2] illam scilicet virgatam terre quam Ricardus Gladewinus tenuit, et quia predictam virgatam terre predictis fratribus contra predictam assisam warantizare non potui, predictas triginta et unam acras in escambium predicte virgate ipsis dedi et concessi, scilicet in Chirchecroft iii. acras propinquiores domui Iohannis Labur preter unam acram, et in Hangedelonde vi. acras propinquiores ville de Stok', et in Haselden' ii. acras, et in quarentena iuxta Witefeldingefeld' viii. acras que se extendunt ad viam de Leuekenor', et in Middilforlongo unam acram propinquiorem terre Ricardi Hare, et in quarentena que vocatur Forteneacris vi. acras, et in Flexforlongo iii. acras, et in Crisphulle duas acras prati, tenendas et habendas libere et quiete, bene et in pace, in bosco, in plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis et in aquis, et in aliis aysiamentis ad eandem terram spectantibus. Et si forte ego vel heredes mei post decessum matris mee predictam virgatam terre recuperare possumus ipsa virgata terre revertetur ad predictos fratres inperpetuum, et predicte triginta una acre ad me vel ad heredes meos revertentur, salvis fructibus ipsius anni de predictis triginta una acris integre predictis fratribus. Et ego et heredes mei warantizabimus vel escambium faciemus si warantizare non possumus predictas triginta unam acras predictis fratribus contra omnes homines et omnes feminas donec predicta virgata post decessum matris mee ad predictos fratres revertatur, et de ipsa in plena possessione fuerint. Hiis testibus[3], Simone de Pateshull', Ricardo de Marisc',

fol. 58*v.* (*cont.*).

[1] Tetsworth, Oxon. See No. 239 *infra*, p. 171.

[2] His mother Avice brought an assize of novel disseisin successfully against Emericus, Master of the Temple, who forthwith summoned Peter Talmage her son under plea of warranty, and secured these thirty-one acres in Stoke Talmage in place of the virgate in Tetsworth recovered by Avice, in January 1211. (See *Oxfordshire Fines*, p. 44, and No. 241 *infra*, p. 173.)

[3] Simon de Pateshulle, James de Poterne, Robert de Almere, Henry de Ponte Aldemere, Roger Huscarle, acted as justices in the assize.

fol. 53*v*. (*cont.*). Iacobo de Poterne, Roberto de Almer', Henrico de Ponte Aldemer', Rogero Huscarl, R. Harang, Simone clerico, et aliis.

210.

c. 1211–1212. [Peter Talmage grants a piece of land to Ralph son of Roger of Shirburn.]

[S]ciant presentes et futuri quod ego Petrus Talemacch' dedi etc. Radulpho filio Rogeri de Schireburn'[1] pro homagio et servicio suo et pro quinque marcis argenti quas mihi dedit et preterea x. solidis et unum [*sic*] chasur de precio quadraginta solidorum, totam terram illam que est de dominico meo que iacet inter viam de Leuekenor' et ductum de Chistebrigg'[2] et que se extendit de la Lomputte usque ad ductum qui venit de Weston'[3] prout terra arabilis dividit, tenendam in feodo et hereditate de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere et quiete, honorifice et inconcusse, reddendo inde annuatim unam libram cimini, scilicet ad Pascham, pro omni servicio et exaccione. Ego enim [etc. warranty]. Et si ita contingat quod ego vel heredes mei predicto Radulpho vel heredibus suis terram illam warantizare non possumus faciemus ei escambium in cultura illa que vocatur Brocfurlong vel alias in eadem villa de dominico meo ad valenciam illius. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo de Turs, Waltero Foliot, Willelmo de Bruges, Ricardo Pyron, Ascelino de Peritona, Roberto de Casterton', Iohanne de Schireburne, Radulpho de Peritona, Aluredo Canonico, Radulpho Quatremeins,[4] Roberto filio Ascelini de Peritona qui hanc cartam scripsit, et multis aliis.

211.

c. 1211. *fol.* 54.

Stokes.[5]

Carta Petri Talemacche.

[U]niversis etc. Petrus Talemacch' salutem. Noverit universitas vestra me pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum

[1] Shirburn, Oxon.

[2] Knightsbridge, north-west of Shirburn.

[3] South Weston, between Stoke Talmage and Lewknor, Oxon.

[4] He was defendant in a suit brought by Hugh de Pageham in 1203. (*Oxfordshire Fines*, p. 25, No. 54.

[5] Stokes is written in red at the top of fol. 54.

dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis de Ierusalem quinque acras terre in excrementum triginta unius acrarum terre in villa de Stok'[1] de dominico meo in escambio unius virgate terre quam eis donavi in villa de Tethswrth' et carta mea confirmavi nec warantizare potui contra unam assisam quam mater mea super me arramiavit, scilicet in quarentana que vocatur Furteneacris unam acram et dimidiam propinquiorem terre Ricardi Thus versus orientem, et unam acram propinquiorem terre Ricardi Thus versus austrum, et unam acram in eadem cultura ad Mushull', et unam acram super Colstapil propinquiorem vie, et dimidiam acram in Chirchecroft propinquiorem [vie] que extendit in longitudine iuxta viam, habendas et tenendas has quinque acras in puram et perpetuam elemosinam, libere et quiete, bene et in pace, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et aliis aysiamentis ad eandem terram spectantibus, quamdiu fratres prenominati xxxi acras tenebunt in eadem villa de Stokes ; et si forte ego vel heredes mei post decessum matris mee virgatam terre quam Ricardus Gladewyne tenuit de me in villa de Tethswrthe recuperare possumus ipsa virgata revertetur ad predictos fratres inperpetuum, et predicte v. acre similiter cum xxxi acris prenominatis ad me vel heredes meos revertentur, salvis fructibus ipsius anni de predictis v. acris, et similiter cum fructibus xxxi acrarum predictarum integre predictis fratribus. Ego autem [etc. warranty] donec predicta virgata terre de Tethswrth' post decessum matris ad predictos fratres revertatur et de ipsa in plena possessione fuerint. Hiis testibus, Ricardo Foliot, Ricardo de Parco, Iohanne Doyli, Ricardo le Thus, Herberto Quatremains,[2] Henrico clerico, Petro clerico, Roberto Marescallo de Weston', Ricardo le Hare, et multis aliis. *fol.* 54 (*cont.*).

212.

Carta [Matilde filie] Radulphi de Schireborne de terra de Stok'. *c.* 1225.

[O]mnibus etc. Matilda filia Radulphi de Schireborne

[1] i.e. the 31 acres of No. 209 *supra*, p. 150.

[2] Herbert, son of Herbert Quatremains, served on an Oxfordshire jury in 1205. (See W. F. Carter, *op. cit.* p. 6.)

fol. 54 (*cont.*). salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse etc. assensu et consensu viri mei Eustachii de Crok' et aliorum amicorum meorum deo et beate Marie, et fratribus milicie Templi in Anglia totam terram meam de Stok' quam Petrus Talemacche dedit patri meo Radulpho[1] pro homagio et servicio suo, scilicet terram illam que iacet inter viam de Leuekenor' et inter ductum de Chiccesbrig' et que extendit de la Lamputte et ad ductum qui venit de Weston' prout terra arabilis dividit, pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum, tenendam et habendam prenominatam terram cum omnibus pert. suis de me et heredibus meis libere et quiete et inconcusse, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam libram cimini, scilicet ad Pascham, pro omni servicio et accione seculari, salvo tamen forinseco servicio quantum pertinet ad tantam terram de eodem feodo in villa de Stokes. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Helya de Witefeld', Hugone Piron, Willelmo de Scalebroc, Roberto de Peritone, Petro filio Oliveri, Willelmo filio Hugonis de Cleyora, Alfredo clerico de Schireborne et aliis.

213.

c. 1225. Carta Galfridi de Duttone.

[O]mnibus etc. Galfridus de Dutton' salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse etc. deo et *fol.* 54*v.* beate | Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam partem meam de terra de Stoketalemacch' cum pert. suis, videlicet illam quam Matilda filia Radulphi de Schireborn' dedit predictis fratribus, pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum, habendam et tenendam prenominatam partem terre pro me et heredibus meis libere et quiete, integre et pacifice et honorifice, salva una libra cimini domino feudi[2] ad Pascham, et predicti fratres me et heredes meos acquietabunt contra omnes homines et feminas de omni-

[1] See No. 210 *supra*, p. 152.

[2] Stoke Talmage belonged to the Honour of St. Valery, which passed, on the death of Robert of Dreux in 1233, to Richard of Cornwall. (See p. 75 *supra*, note 1.

bus sectis et serviciis et demandis quantum pertinet ad terram predictam. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Elya de Witefeld, Willelmo Wace, Hugone Piron de Cleyore, Petro Oliveri, Willelmo de Scalebroc, Roberto de Peritona, Radulpho de Vernun, et aliis. *fol.* 54*v.* (*cont.*).

214.

Carta Ricardi de Bosco de terra ipsum contingente in Stok'. *c.* **1225.**

[O]mnibus etc. Ricardus de Bosco salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam partem meam de terra de Stok' Talemacch' cum omnibus pert. suis, videlicet illam quam Matilda filia Radulphi de Schireborn' dedit dictis fratribus, pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum, habendam et tenendam prenominatam partem terre predictis fratribus pro me et heredibus meis libere et quiete, integre et pacifice et honorifice, salva una libra cimini ad Pascham domino feudi, et predicti fratres me et heredes meos acquietabunt contra omnes homines et feminas de omnibus sectis et serviciis et demandis quantum pertinet ad terram prenominatam. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, qui in proxima precedenti carta.

215.

Carta Roberti de Bergefeud de terra ipsum contingente in Stok'.[1] *c.* **1225.**

[O]mnibus etc. Robertus de Bergefeld' salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam partem meam de terra de Stok' Talemacch' cum pert. suis, videlicet illam quam Matilda filia Radulphi de Schireburne dedit predictis fratribus,[2] pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum, habendam et tenendam predictis fratribus predictam partem terre pro me et heredibus meis libere et quiete,

[1] Repeated, with details in No. 217 *infra*, p. 156.
[2] No. 212, *supra*, p. 153.

fol. 54*v.* (*cont.*). et integre, pacifice et honorifice, salva una libra cimini ad Pascham domino feodi, et predicti fratres me et heredes meos acquietabunt contra omnes homines et feminas de omnibus sectis et serviciis et demandis, quantum pertinet ad terram prenominatam. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus ut supra in penultima carta.

216.

Probably, 20 May, 1233–4. Confirmacio comitis Cornubie de donacione Matilde filie Radulphi ut patet superius per cartam suam.

[O]mnibus etc. Ricardus comes Pictauie et Cornubie[1] salutem. Noverit universitas vestra nos ratam habere donacionem et concessionem quam Matilda filia Radulphi fecit fratribus Templi de terra sua quam habuit apud Stok' Talemacch'. Et in huius rei testimonium eisdem fratribus fieri fecimus litteras nostras patentes. Datum apud Walingeford' xx° die Maii.

217.

c. 1225 ? [Robert de Bergefeud confirms the grant of Matilda daughter of Ralph de Schireborne.[2]

[O]mnibus etc. Robertus de Bergefeud salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis totam illam terram in villa de Stokes quam Matilda filia Radulphi filii Rogeri de Schireburn' eisdem fratribus dedit, videlicet illam terram que iacet inter viam de Leuekenor' et inter duytum de Knitebrigg' et que extendit de la Lamputte et ad duytum quod venit de Weston' prout terra arabilis dividit, pro salute anime mee et
fol. 55. omnium antecessorum et successorum meorum, | habendam et tenendam eisdem fratribus de me et heredibus meis inperpetuum, in puram et liberam elemosinam, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam

[1] Richard, brother of Henry III, became earl of Cornwall in 1225, but it was not until 1233 that he held the Honour of St. Valery to which Stoke Talmage belonged. (See p. 75, note 1 *supra*.)

[2] This deed repeats No. 215, with identical witnesses, but with the allocation of the annual rent to the donor and his heirs. It is written in lighter ink, but by the first scribe.

libram cimini ad Pascham pro omni servicio, consuetudine et exaccione seculari. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Helia de Witefeld, Willelmo Wace, Hugone Piron de Cleyore, Petro filio Oliveri, Willelmo de Scalebrok', Willelmo le Newman, Iohanne Pyron, Radulpho Vernon, et aliis. *fol.* 55 (*cont.*).

218.

[Memorandum of a recognition at Westminster.][1] 11 April, 1277.

Memorandum quod a die Pasche in XV. dies anno regni regis Edwardi quinto, Rogerus de Berewfeud recognovit pro se et heredibus suis quod adquietaret magistrum milicie Templi in Anglia versus abbatem de Thame de libero tenemento quod de predicto Rogero tenet in Stok' Talemacch'. Ista recognicio facta fuit apud Westmonasterium coram iusticiariis de banco.

219.

Cleyora.[2]

[Robert of Pyrton grants lands, rents and services to Richard Foliot.] 1220–1222.

[S]ciant etc. quod ego Robertus filius Ascelini de Periton' dedi, concessi Ricardo Foliot pro homagio et servicio suo totum servicium quod Simon filius Ricardi de Cleyora mihi debuit de una virgata terre in villa de Cleyora, videlicet quinque solidos annuatim et iii. homines ad unum diem in autumpno ad cibum meum, et preterea totum servicium quod Hugo filius Ricardi de Cleyora mihi debuit de uno mesuagio et una forera que continet acram terre et dimidiam extra fossatum in villa de Cleyora, videlicet duos solidos annuatim et duos homines per unum diem in autumpno ad cibum meum ; preterea illas duodecim acras terre in villa de Goldore que proxime iacent itineri quod vadit de Werpisgraue ad villam de Standelue[3] cum omnibus pert. et libertatibus suis in omnibus et per omnia, tenendas et habendas sibi et *fol.* 55*v*.

[1] Written in lighter ink, but by the first scribe ; it is repeated, in the hand of the second scribe, on the flyleaf of the volume. (See entry B., p. 1 *supra*.) Roger is probably a grandson of Robert, the donor of the property.

[2] Clare, a hamlet south of Stoke Talmage. Cleyora is written in red and in black at top of fol. 55v.

[3] Standhill, in Pyrton parish.

fol. 55v. (*cont.*). heredibus suis vel cui eam assignare voluerit de me et heredibus meis inperpetuum libere, pacifice et integre, reddendo inde annuatim mihi vel heredibus meis unam libram cimini ad Pascham pro omni servicio et exaccione mihi vel heredibus meis pertinente, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad dimidiam virgatam terre in eodem feodo. Preterea ego [etc. warranty]. Quod si forte facere non potuerimus nos faciemus ei escambium ad racionabilem valenciam in hereditate mea in parochia de Periton' vel in villa de Schireborn'. Pro hac igitur donacione et concessione et warantizacione prefatus Ricardus dedit mihi ii. marcas premanibus in recognicione. Quod ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Viviano filio Radulphi tunc vicecomite Oxon',[1] Ricardo Piron, Willelmo Wace, Willelmo de Scalebroc, Petro filio Oliveri, Ada de Langehull', Matheo de Goldore, Roberto Driual et aliis.

220.

1220–1222. [Robert of Pyrton makes a further grant to Richard Foliot.]

[S]ciant etc. quod ego Robertus filius Ascelini de Periton' dedi etc. Ricardo Foliot et heredibus suis pro homagio suo et servicio unam virgatam terre in villa de Cleyora, illam scilicet quam Symon filius Ricardi de Cleyore tenuit de me in villa de Cleyor' cum toto servicio quod predictus Simon michi debuit de predicta virgata terre sine ullo retenemento quod ad me et ad heredes meos potuerit accidere de predicta virgata terre, scilicet in homagiis et in releviis et in custodiis, et cum quinque solidatis redditus quos predictus Symon mihi debuit per annum de predicta virgata terre ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis xxx d. et ad festum sancte Marie in Marcio xxx d., et cum tribus hominibus ad unum diem in autumpno ad cibum meum ad summonitionem predicti Ricardi Foliot. Preterea dedi predicto Ricardo Folioth et heredibus suis totum servicium quod Hugo filius Ricardi de Cleyore mihi debuit de uno mesuagio et una forera que continet acram terre et dimidiam extra fossatum in villa de Cleyore, scilicet duos solidos

[1] He acted as sheriff of Oxfordshire for Falkes de Breauté, 5–6 Henry III (1220–1222).

per annum ad duos anni terminos, ad festum sancti *fol. 55v.*
Michaelis xii d. et ad festum sancte Marie in Marcio *(cont.).*
xii d., et cum duobus hominibus ad unum diem in autumpno ad cibum meum ad summonitionem predicti Ricardi Foliot, et cum toto servicio quod ad me et ad heredes meos potuerit accidere de predicta terra sine ullo retenemento. Preterea dedi predicto Ricardo Foliot et heredibus suis illas duodecim acras terre de dominico meo pertinentes ad villam de Goldore que se extendunt super dominicum predicti Ricardi Folioth ad manerium suum de Werpisgraue et proxime iacent itineri quod vadit de Werpisgraue ad villam de Staindelue cum omnibus pert. suis in omnibus, tenendas et habendas sibi et heredibus suis vel cui ea assignare voluerit de me et heredibus inperpetuum, libere et quiete et honorifice et integre, sine ullo retenemento, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam libram cimini vel duos denarios ad Pascham pro omni servicio et exaccione mihi et heredibus meis pertinente, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad dimidiam virgatam terre de eodem
feodo. Et ego [etc. | warranty]. Et si forte contigerit *fol. 56.*
quod ego prefatus Robertus filius Ascelini et heredes mei predicto Ricardo Foliot et heredibus suis vel assignatis suis omnia predicta servicia et totam predictam terram warantizare non potuerimus, nos faciemus escambium in villa de Schireburn' vel in villa de Goldore vel in quacunque villarum istarum predictarum prenominatus Ricardus Foliot et heredes sui vel assignati sui voluerint de dominico nostro, in omnibus ad valenciam per visum legalium hominum et discretorum. Pro hac autem donacione et concessione et warantizacione dedit mihi sepedictus Ricardus Foliot duas marcas argenti premanibus in recognicione. Et quia volo [etc. sealing]. Hiis testibus, Viviano filio Radulphi tunc vicecomite Oxon', Henrico clerico de Barton', Willelmo Wace, Ricardo Pyrun, Willelmo Bisset, Roberto Pipard, Willelmo de Scalebroc, Aluredo Canonico, Ricardo Champiun, Willelmo Piro(n) et aliis.

221.

c. 1225. *fol.* 56. (*cont.*).

Carta Ricardi Folioth de terra de Cleyora. [1]

[U]niversis etc. Ricardus Folioth salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam terram quam Robertus filius Ascelini de Periton' dedit mihi pro homagio et servicio meo, scilicet unam virgatam in villa de Cleyore, illam scilicet quam Simon filius Ricardi de Cleyora tenuit de me in villa de Cleyora cum toto servicio quod predictus Symon mihi debuit de predicta virgata terre sine ullo retenemento quod ad me et ad heredes meos potuerit accidere, scilicet in homagiis et releviis et in custodiis, cum quinque solidis redditus per annum quos predictus Simon mihi debuit ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis xxx d. et ad festum sancte Marie in Marcio xxx d. cum tribus hominibus ad unum diem in autumpno ad summonicionem predictorum et ad cibum illorum fratrum. Item dedi totum servicium quod Hugo filius Ricardi de Cleyora mihi debuit de uno mesuagio et una forera que continet unam acram terre et dimidiam extra fossatum in villa de Cleyore, scilicet duos solidos redditus ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Michaelis xii d. et ad festum sancte Marie in Marcio xii d. cum duobus hominibus in autumpno ad eundem diem ad summonicionem predictorum fratrum et ad cibum illorum, cum toto servicio quod ad me et heredes meos potuerit accidere sine ullo retenemento. Item dedi xii acras terre que fuerunt de dominico Roberti filii Ascelini de Periton', quas idem Robertus michi dedit, pertinentes ad villam de Goldore, que se extendunt super dominicum Ricardi Folioth ad manerium de Werpisgraue et proxime iacent itineri quod vadit de Werpisgraue ad illam (*sic*) de Staindelue. Item dedi totum pratum in mora de Staindelue quod idem Robertus mihi dedit, tenenda et habenda in liberam et puram et perpetuam elemosinam, libere et quiete, honorifice et integre, sine ullo retenemento, reddendo inde annuatim Roberto filio Ascelini de Periton' et heredibus suis unam libram cimini, vel duos denarios ad Pascham

[1] In the same terms as his grant of the manor of Warpsgrove. (See No. 162 *supra*, p. 115).

pro omni servicio et exaccione, salvo servicio domini regis quantum pertinet ad dimidiam virgatam terre de eodem feodo, sicut carta domini Roberti filii Ascelini de Periton' testatur, in auxilio ad quemdam capellanum inveniendum celebrantem inperpetuum pro anima mea quando dominus fecerit de me voluntatem suam, et pro anima Matilde uxoris mee et pro anima Ade filii mei et animabus antecessorum et successorum meorum. Et ego [etc. warranty]. Hiis testibus, Willelmo Waz, Petro Cancellario, Willelmo de Huntecombe, Henrico filio Ioce, Ada de Langehull', Willelmo de Goldore, Rogero Dru de Esindon' et aliis. *fol.* 56 (*cont.*).

222.

Confirmacio Roberti de Pyriton' de Goldore, Cleyore, et Stanidelf'. c. 1225.

[U]niversis etc. Robertus filius Ascelini de Pyriton' salutem. Noverit universitas vestra me concessisse | etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia omnes terras et omnes redditus et omnia tenementa et omnia servicia terrarum et hominum cum pert. suis in villa et campis de Cleyora, et in villa et campis de Goldore, et in villa et campis de Staindelue, et totum pratum cum pert. suis in mora de Staindelue que Ricardus Folioth aliquando tenuit de me pro homagio et servicio suo, habenda et tenenda inperpetuum predictis fratribus et eorum successoribus libere et quiete et integre et pacifice de me et heredibus meis, faciendo annuatim mihi servicium quod predictus Ricardus inde mihi facere debuit et consuevit, scilicet unam libram cimini vel duos denarios ad Pascham pro omni servicio et actione, salvo servicio domini regis forinseco. Et in huius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Wace, Hugone Piron, Petro filio Oliveri, Willelmo de Scalebroc, Willelmo Seluein, Roberto Driual, Willelmo Hasteng', Willelmo Canone, W. de Middecumb et aliis. *fol.* 56*v*.

223.

[Robert of Pyrton grants 2 acres of meadow to Richard Foliot.] *c.* 1220.

[S]ciant presentes etc. quod ego Robertus de Periton'

fol. 56*v.* (*cont.*). dedi etc. Ricardo Folioth pro servicio et fidelitate sua duas acras prati quas habui in dominico meo in mora de Stanidelf, scilicet unam que proxima adiacet prato quod vocatur Erunlinseyt et aliam sicut per partitam et sortem cadet, tenendas et habendas sibi et heredibus suis vel cui illas assignare voluerit de me et heredibus meis liberas et quietas ab omni seculari servicio. Et si ita contingerit quod ego Robertus vel heredes mei predicto Ricardo vel heredibus suis vel cui assignare voluerit prenominatas acras warantizare non possumus, faciemus ei escambium alias in hereditate nostra ad valenciam illarum. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Piron, Aluredo Canonico.

224.

Goldor'.[1]

c. 1225. *fol.* 57. Carta Roberti filii Ascelini de Piriton' de ix. acris terre.

[O]mnibus etc. Robertus filius Ascelini salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia novem acras arabiles terre mee cum pert. suis in villa de Goldore, scilicet que iacent in Prestecrofte, que extendunt se de la Ruggeweye usque le rithi de Werpisgraue et iacent inter terram Mathei filii Roberti de Goldor' ex una parte et inter terram que fuit quondam Hugonis de Fonte ex altera parte, pro salute anime mee et uxoris mee et antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum, habendas et tenendas predictas acras de me et heredibus meis cum pert. suis libere et quiete, integre, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis dimidiam libram cimini ad Pascham pro omni servicio et exaccione, salvo forinseco servicio domini regis quantum pertinet ad dimidiam virgatam terre in eadem villa. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Helya de Witefeld', Guydone filio Roberti, Hugone Pyron, Willelmo de Scalebroc, Petro filio Oliveri, Willelmo Siluain, Willelmo filio Hugonis, Roberto Druual et aliis.

[1] Golder manor, in Pyrton parish. *Goldor'* is written both in red and black at the head of the page.

225.

[Roger Dru of Easington grants 3 acres to Robert de Codesdon'.] *c.* 1230. *fol.* 57 (*cont.*).

[S]ciant etc. quod ego Rogerus Dru de Essindone[1] dedi etc. Roberto de Codesdon' tres acras terre mee in libero maritagio cum Elena filia mea, scilicet illas tres acras terre quarum una dimidia acra iacet in Clingeforlongo, et una alia dimidia acra in Morforlongo, et una alia dimidia acra iacet super Seintehull', et una alia dimidia acra iacet super Prestecrofte, et una alia dimidia acra iacet in Rugeweye, et una alia dimidia acra iacet super Stamlande, habendas et tenendas in feodo et hereditate de me et heredibus meis illi et heredibus suis bene et in pace, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui vel sui assignati unam libram cimini in vigilia Natalis Domini pro omnibus serviciis secularibus, sectis et demandis. Ego vero [etc. warranty]. Hiis testibus, Roberto de Pyriton', Willelmo de Cleyore, Roberto de Druual, Willelmo le Neuman, Iohanne Pyron, Ricardo de Esindon', Symone de Cleyore et aliis.

226.

[Johanna, wife of Roger Dru, makes similar grant.] *c.* 1230.

[S]ciant etc. quod ego Iohanna uxor Rogeri Dru de Esindon' consilio et assensu heredum meorum dedi etc. Roberto de Codesdon' tres acras terre mee in libero maritagio cum Elena filia mea, scilicet illas tres acras terre quarum una dimidia acra iacet in Clingeforlongo et una alia dimidia acra iacet in Morforlongo et una alia dimidia acra iacet super Senitehull' et una dimidia acra iacet super Prestecroft, et una alia dimidia acra iacet in Rugeweye, et una alia dimidia acra iacet super Stamlond', habendas et tenedas in feodo et hereditate de me et heredibus meis illi et heredibus suis bene et in pace, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui vel assignati sui unam libram cimini in vigilia Natalis Domini pro omnibus serviciis secularibus, sectis et demandis. Ego vero [etc. warranty]. Et si ita contigerit quod ego vel heredes mei contra hanc presentem cartam ullo modo errare

[1] See Nos. 179 and 205 *supra*, pp. 128 and 145.

fol. 57 (*cont.*). voluerimus, concedo pro me et heredibus meis quod ego et heredes mei predicto Roberto et Elene filie mee et heredibus illorum vel assignatis illorum pro dictis tribus acris terre tenemur persolvere septem marcas argenti.

fol. 57*v*. | Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto de Periton', Willelmo de Cleyore, Roberto de Druual, Iohanne Pyron, Ricardo de Esindon', Simone de Cleyore et aliis.

227.

c. **1230.** [Robert of Cuddesdon and his wife exchange 3 acres in Golder for 1 acre in Horspath.]

Omnibus etc. Robertus filius Reginaldi de Codesdon' et Helena uxor eius salutem in domino. Noverit universitas vestra nos dedisse deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis tres acras terre cum pert. suis quas habuimus in campis de Goldore de dono Rogeri Dru et Iohanne uxoris eius in libero maritagio pro una acra terre quam iidem fratres nobis dederunt in escambiis de dominio suo in villa de Horsepath', illam videlicet acram que iacet propinquior superiori Horsepath,' habendas et tenendas dictis fratribus et eorum successoribus de nobis et heredibus nostris libere et quiete, bene et in pace, reddendo inde annuatim capitali domino feodi[1] unam libram cimini pro omnibus serviciis, consuetudinibus, et demandis secularibus, quam libram cimini ego dictus Robertus et dicta Elena uxor mea et heredes nostri eisdem fratribus annuatim ad eundem terminum reddemus. Et ego [etc. warranty]. Ut hec [etc. sealing]. Hiis testibus, Roberto de Periton', Willelmo de Cleyore clerico, Symone de Cleyora, Iohanne Piron, Henrico de Esindon', Reginaldo clerico et aliis.

228.

c. 1230. Carta Mathei de Goldore de quatuor acris terre et dimidia.

Omnibus etc. Matheus de Goldouere salutem in domino. Noveritis me dedisse etc. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum deo et beate Marie et fratribus milicie Templi in Anglia quatuor acras terre et unam dimidiam acram prati in villa de Goldouere in puram et perpetuam elemosinam, pro quibus dicti fratres

[1] i.e. the Honour of St. Valery.

quinque denarios annuatim mihi persolvere consueverunt, habendas et tenendas pro [*sic*] me et heredibus meis libere et quiete, bene et in pace. Ego vero [etc. warranty]. In cuius [etc. sealing]. Hiis testibus, Hugone Piron, Roberto de Periton', Radulpho de Vernon, Waltero de Hauerburne, Iohanne Piron, et multis aliis. *fol. 57v. (cont.).*

229.

Carta W. Canon de sex acris terre. *c.* **1260.**

Omnibus etc. Willelmus Canon de Goldouere salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse etc. deo et beate Marie, magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam sex acras terre mee in territorio de Goldouere in una cultura que vocatur Prestecrofte, quarum quatuor selliones se extendunt super terram Templi versus Werpisgraue versus occidentem et super viam regalem que vocatur Ruggeway versus orientem per medium duarum quarentenarum in longitudine inter terram Hugonis Cleremund et terram Willelmi de Hasting', et quatuor selliones in eadem cultura extendentes se ut prius inter terram Radulphi le Eyr et Willelmi de Hasting', et quatuor selliones in eadem cultura extendentes se ut prius inter terram Radulphi le Eyr et terram Willelmi de Hasting,' habendas et tenendas dictas sex acras terre cum omnibus pert. et libertatibus suis dictis magistro et fratribus et eorum successoribus libere, quiete, integre, bene et in pace, ita quod nec ego Willelmus nec heredes mei nec aliquis per me vel pro me seu racione mei ius vel clameum in dictis sex acris terre ut predictum est decetero exigere | potuerimus, *fol. 58.* seu calumpniari. Casu contingente quod nec ego Willelmus nec heredes mei seu assignati dictas sex acras terre ut predictum est dictis magistro et fratribus aut eorum successoribus aliqua calumpnia interveniente processu temporis warantizare et aquietare non potuerimus aut dicti magister et fratres dampnum seu iacturam pro defectu warantie nostre incurrerint volo pro me et heredibus meis [et] bona fide concedo quod dicti magister et fratres et eorum successores habeant xii acras terre mee

fol. 58 (*cont.*). in territorio de Goldore de feodo domini Roberti le Bruis seu terre mee de Syreburne de feodo domini Roberti de Bergefeld' prout eis melius expedire viderint in consimilem elemosinam ad libitum eorum seysandam sine aliqua contradiccione mei vel heredum seu assignatorum meorum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino G. de Leuekenor', tunc senescallo de Walingford'.[1]

230.

c. 1260. Carta de una roda.

[U]niversis etc. Ricardus filius Willelmi de Goldor' salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam rodam terre arabilis que iacet in campo qui appellatur Heyyornfelond et iacet inter terram Galfridi de Womundesley et dimidiam acram Templi, habendam et tenendam predictam rodam terre arabilis de me et heredibus meis vel assignatis meis predictis magistro et fratribus milicie Templi in Anglia et eorum successoribus ita libere et quiete, solute, pacifice, integre et honorifice, in liberam, puram et perpetuam elemosinam inperpetuum, sicut aliqua elemosina alicui domui religionis ab aliquo liberius, purius, plenius seu melius dari potuerit vel conferri, simul etiam absque omni seculari servicio, consuetudine, secta curiarum, exaccione et omni alia seculari demanda mihi vel heredibus meis vel assignatis meis aliquo modo de predicta terra pertinente. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Iohanne Piron de Werpisgraue, Willelmo Canon de Goldor'.

231.

c. 1260. Carta de una acra.

[O]mnibus etc. Willelmus filius Gilberti Daye de Goldor' salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie semper virgini et magistro et fratribus milicie Templi

[1] See *supra* pp. 25, note 1 and 123, note 4.

Salomonis in Anglia unam acram terre mee in territorio de Goldor' cum omnibus pert. in puram et perpetuam et liberam elemosinam, cuius una dimidia acra terre iacet super Dagestaple iuxta terram Templi | et extendit se versus orientem super Riggewey, et altera dimidia acra iacet in Prestecroft in australi parte terre Walteri Hasting' et extendit se versus orientem super Ruggewey, habendam et tenendam predictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, integre, pacifice, ita quod nec ego nec aliquis per me vel pro me aliquod ius vel clameum in predicta acra terre cum pert. suis decetero calumpniari vel exigere possumus. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Willelmo de Coleby. *fol.* 58 (*cont.*). *fol.* 58*v*.

232.

Carta [Willelmi filii] Gilberti Drye de duabus acris terre. *c.* 1260.

[O]mnibus etc. Willelmus filius Gilberti Drye de Goldore salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie semper virgini et magistro et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia duas acras terre mee in territorio de Goldore cum omnibus pert. suis in puram et perpetuam et liberam elemosinam, quarum [una] acra iacet super Daggestaple que se extendit inter Ruggewey versus orientem et campum de Werpisgraue versus occidentem, inter terram Radulphi de Derneden et terram Templi, et altera acra iacet super Prestecroft que se extendit inter Ruggewey versus orientem et terram Templi de Werpisgraue versus aquilonem, inter terram Radulphi de Derneden et terram Willelmi Hasting,' habendas et tenendas predictis magistro et fratribus milicie Templi et eorum successoribus libere, integre, pacifice ita quod nec ego nec aliquis per me vel pro me aliquod ius vel clameum in predictis duabus acris terre cum pert. suis decetero calumpniari vel exigere possumus. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Willelmo de Coleby, Iohanne Piron.

233.

Chalgraue.[2]

c. 1225. *fol.* 60*v.*[1] Carta Ade de Langehull'[3] de tradicione terre de Chalgraue ad feodi firmam.

Universis etc. Adam de Langehulle salutem in domino. Noverit universitas vestra me dedisse etc. fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia totam terram meam ad feodi firmam quam habui in illo campo de Chalgraue que vocatur Sullingewrthe que est ultra chiminum qui vocatur Bradewey versus orientem sine ullo retenemento, videlicet viginti iii acras terre, quarum una iacet in Buthumige et due acre in superiori Sullingewrth', et due acre in forlongo supra Tuppelonde, et due acre in Tuppelonde, et iii acre et dimidia que extendunt se supra campum de Esindon' et due acre et dimidia in Sleperisforlongo et una acra que extendit se in Bradeweye, et una dimidia acra que extendit se in Personesheuidlond, et una acra apud le Chauke que extendit se in campo de Esindon' et in capite illius acre alia acra que vocatur le Pikedeacre, et una acra et dimidia que extendunt se super ye Louerdisdoune, et dimidia acra super ye Wowelond et quarta pars unius acre que extendit se in Chillingore, et alia quarta pars unius acre in Slepereforlong, et una acra que vocatur le Boueaker que extendit se super Tuppelonde, et una acra que vocatur apud Heuidlondes que proxima terre est Osmundi de Guiz ex parte occidentali de Bradeweye, et dimidia acra in Sleperisforlong que vocatur Forschetere, et dimidia acra que vocatur in Wowelonde Brodewowelonde [*sic*], habendas et tenendas predictis fratribus milicie Templi de me et heredibus meis in perpetuum libere, pacifice, integre cum omnibus pert. suis in introitibus et in exitibus, in communis et pasturis, cum omnibus libertatibus et aysiamentis predicte terre pertinentibus, et predicti fratres milicie Templi reddent mihi annuatim vel heredibus meis pro istis viginti tribus acris terre prenominatis quatuor solidos in redditu ad duos terminos anni, videlicet ad festum beate Marie in Marcio ii. solidos, et ad festum sancti Michaelis ii.

[1] Fols. 59, 59v. and 60 are blank.
[2] Written in red and in black, at top of folio ;=Chalgrove, Oxon.
[3] See No. 166 *supra*, p. 120.

solidos pro omnibus querelis, demandis, consuetudinibus *fol.* 60*v.* et secularibus serviciis. Et ego [etc. warranty]. Et si *(cont.).* contigerit quod ego Adam vel heredes mei istas viginti tres acras terre predictis fratribus milicie Templi non potuerimus warantizare et defendere, faciemus predictis fratribus milicie Templi escambium sine omni contradiccione mei vel heredum meorum de viginti octo acris terre de meliori terra mea de dominico meo quod teneo de domino de Chalgraue. Et pro hac donacione, concessione, dimissione mea predicti fratres milicie Templi dederunt mihi viginti tres marcas pre manibus in domo Templi de Couele ad acquietandum me de iudaismo. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Waltero Foliot, Ricardo Folioth, Waltero de Parco, Roberto de Bruthewell', Ricardo Piron, Petro filio Oliveri, Roberto filio David, Hugone de Pageham, Waltero de Langehull', Ricardo le Frankeleyn de Esindone et aliis.

234.

Carta Roberti filii David de Chaugraue de una acra. *c.* 1225.

[O]mnibus etc. Robertus filius David de Chaugraue salutem. Noverit universitas vestra me dedisse etc. in puram et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam acram terre in campo de Chalgraue, que vocatur le Puthacre que extendit se super campum de Esindon', et eadem acra iacet inter terram eorundem fratrum quam habuerunt de dono Ade de Langehull' ex una parte et inter terram Michaelis hominis persone de Chaugraue ex altera parte, habendam et tenendam predictis fratribus milicie Templi de me et heredibus meis inperpetuum, in puram et perpetuam elemosinam, libere et pacifice, quiete, integre. cum omnibus | libertatibus et aysiamentis predicte acre *fol.* 61. terre pertinentibus, sine aliqua contradiccione mei vel heredum meorum in perpetuum. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ada de Langehull', Petro filio Oliveri, Hugone de Pageham, Waltero de Langehull', Andrea Amary, Ricardo le frankeleyn de Esindon', Rogero Dru de Esindon' et aliis.

235.

c. 1210. *fol.* 61 (*cont.*). Carta Hugonis de Pageham[1] de una acra et dimidia.

[O]mnibus etc. Hugo de Pageham salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam acram terre mee et dimidiam in campo de Chaugraue versus orientem et versus pratum abbatis de Abindon', cum omnibus pert. suis, habendam et tenendam dictam terram dictis fratribus pro salute anime mee in liberam puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Wace, Helia de Witefeld', Willelmo de Scalebroc, Petro filio Oliveri, Thoma Crok', Iohanne Quatremeins et aliis.

236.

c. 1210. Carta eiusdem de quodam mesuagio quod Dreus Kiul tenuit.

[S]ciant etc. quod ego Hugo de Pageham assensu Margerie uxoris mee dedi etc. Iohanni persone de Netlest[2] pro homagio et servicio suo totum mesuagium quod Dreus Kiul de me tenuit, tenendum et habendum de me et heredibus meis sibi et cui ipse illud dare et assignare voluerit libere et quiete, bene et in pace, ab omni servicio et exaccione mihi et heredibus inde pertinente, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duodecim denarios, scilicet ad festum sancti Michaelis vi denarios et ad Pascham. Pro hac autem donacione et confirmacione dedit mihi predictus Iohannes duo talenta de gersumma. Et ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Testibus, Huardo de Malo Aln', Ricardo Folioth, Willelmo Saluein, Wilelmo de Lang', Roberto filio David, Radulpho Quatremeins, David clerico, et aliis.

[1] He was plaintiff in a suit against Ralph Quatremeins in 1203. (*Oxfordshire Fines*, p. 25, No. 54, and see W. F. Carter, *op. cit.* p. 72.)

[2] There is a Nettlestead in Kent and another in Suffolk, but I have been unable to identify John, parson of Netlest.

237.

[John, parson of Netlest' lets a house in Chalgrove to Richard Foliot at rent of 12d.] *c.* 1210. *fol.* 61 (*cont.*).

[S]ciant etc. quod ego Iohannes persona de Netlest' dedi etc. Ricardo Foliot et heredibus suis pro homagio et servicio suo et dimidia marca argenti totum mesuagium quod Dreus Keul de me tenuit in Chaugraue, tenendum de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio, salvo servicio domini regis, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis xii denarios, scilicet ad festum sancti Michaelis vi denarios et in Annunciacione beate Marie vi denarios. Et ut [etc. sealing]. Testibus, Ricardo de Parko, Ricardo Pyron, Roberto de Seuequart, Osmundo capellano, Roberto filio David, Radulpho Quatremeins, Ricardo Campion, et aliis.

238.

[Hugh de Pageham and Margery his wife grant land in Chalgrove to Richard Foliot.] *c.* 1210.

[S]ciant etc. quod ego Hugo de Pageham et Margeria uxor mea et heredes nostri quietumclamavimus Ricardo Folioth et heredibus suis totam terram quam Dreus Keul tenuit de nobis in Chaugraue cum omni servicio. Et pro hac quieta clamancia dedit dictus Ricardus nobis dimidiam marcam argenti de gersumma. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Piron, Willelmo Wace, Roberto Pipard, Waltero de Parco, Hugone de Cleyore, Symone fratre suo, Ricardo filio Rogeri, et aliis.

239.

Tettlewrthe.[1]

Carta Petri Thalemacch' de una dimidia hida terre et de una virgata terre.[2] *Before* 1211.[3] *fol.* 62*v.*[4]

[U]niversis etc. Petrus Talemach' eternam salutem in

[1] Tetsworth, Oxon.

[2] The virgate in Tetsworth granted in this charter belonged to Peter's mother; she successfully claimed it against the Templars, who secured from Peter 36 acres in Stoke Talmage in exchange. (See Nos. 209, 211 *supra*, pp. 150–153, and No. 241 *infra*, p. 173).

[3] See No. 241, p. 173 *infra*.

[4] Fols. 61v. and 62 are blank and unruled.

fol. 62*v.* (*cont.*). domino. Noverit universitas vestra me pro animabus patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis de Ierusalem unam hidam terre cum omnibus pert. suis, scilicet illam dimidiam hidam terre quam monachi de Thame tenuerunt ad firmam de me de dominico meo in Tethswrth' et illam virgatam terre quam Ricardus Gladewyne tenuit de me in eadem villa, et illam dimidiam virgatam terre quam Lewinus tenuit de me, et illam dimidiam virgatam terre quam Ricardus filius Alcheri tenuit de me in eadem villa cum omnibus pert. suis, et cum pascua in la Lowe et cum brusca pertinente ad predictam terram prenominate ville de Tettiswrth', in liberam et puram et perpetuam elemosinam, sicut ulla elemosina melius et liberius alicui domui religionis conferri potuerit, habendas et tenendas inperpetuum libere et quiete, bene et in pace, absque omnibus secularibus serviciis et exaccionibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et in omnibus aliis aysiamentis ad predictam terram spectantibus. Et ego [etc. warranty]. Si vero aliquo modo contigerit quod predictam terram predictis fratribus warantizare non potuerimus, alias faciemus eis escambium de terra mea ad valorem terre prenominate. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Helya capellano de Halling', Radulpho Harang', Hugone de Gersind', Fulcone de Reycot', Ricardo filio Nigelli, Ricardo de Turri, Ricardo le Hore et aliis.

240.

Before 1211. Tradicio tocius terre supradicte ad firmam.

[O]mnibus etc. frater Amaricus de sancta [*sic*] Mauro[1] humilis magister milicie Templi in Anglia salutem. Noverit universitas vestra nos de communi consilio et assensu capituli nostri in Pascha apud Dinnisl'[2] concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Willelmo Coco et heredibus suis hidatam terre cum omnibus pert.

[1] See p. 12 *supra*, note 1.

[2] Temple Dinsley, Herts.; the annual chapter of the Order in England was frequently held there.

suis in Tetheswrth', scilicet illam dimidiam hidam terre quam monachi de Thame tenuerunt ad firmam de Petro Talemacch' in Tethiswrth', et illam virgatam terre quam Ricardus Gladewyne tenuit de eodem Petro in eadem villa, et illam dimidiam virgatam terre quam Lewinus tenuit de eodem Petro in eadem villa, et illam dimidiam virgatam terre quam Ricardus filius Ascheri tenuit de eodem Petro in eadem villa, et cum pascua in la Lowe et cum brusca pertinente ad predictam terram, habendas et tenendas libere et quiete, reddendo inde annuatim domui nostre duos solidos sterlingorum ad duos terminos anni pro omni servicio et consuetudine, scilicet ad festum sancti Michaelis xii denarios et ad Pascham xii denarios, salva domui nostre dimidiam marcam argenti in obitu suo et heredum suorum. Et nos [etc. warranty] quamdiu carta donatoris nobis potuerit warantizare. Hiis testibus, fratre Ricardo capellano, fratre Thoma de Tauton', fratre Hugone de Suaueby, fratre Willelmo de Faulor', fratre Rogero de Sancto Legio, fratre Rogero Clemente, fratre Willelmo de Middleton' et aliis. *fol.* 62*v.* (*cont.*).

241.

Finalis concordia inter magistrum Templi et P. Talemacch' de una virgata terre.[1] 28 Jan. 1211.

[H]ec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' a die sancti Hillarii in xv dies anno regni regis Johannis xii° coram ipso domino rege, Simone de Patishulle, Iacobo de Poterna, Henrico de Ponte Audemere, Roberto de Amar', Rogero Huscarl' iusticiariis et aliis fidelibus domini regis tunc ibi presentibus, inter fratrem Emericum magistrum milicie Templi per fratrem Rogerum de Insula positum loco suo ad lucrandum vel perdendum et Petrum Talemacch' de una virgata terre cum pert. suis in Tetliswrth', quam idem magister milicie Templi amiserat per assisam nove disseysine versus Auiciam matrem ipsius Petri per defectum ipsius Petri, | et unde placitum warantie carte summonitum fuit inter *fol.* 63. eos in eadem curia, scilicet quod predictus Petrus concessit predicto fratri Emerico magistro milicie Templi

[1] See Nos. 209 and 211 *supra*, pp. 150 and 152, and *Oxfordshire Fines*, p. 44, No. 92.

fol. 63 (*cont.*). triginta unam acras terre cum pert. in Stokes, scilicet in Chirchecroft iii acras propinquiores domui Iohannis Labur, et in Hangindeland' sex acras propinquiores ville de Stokes, et in Haselden' ii acras et in quarentena iuxta Withefeldingefeld octo acras que se extendunt ad viam de Leuekenor', et in Middilforlongo unam acram propinquiorem terre Ricardi Hare, et in quarentena que vocatur Fortenacres vi acras, et in Flexforlongo tres acras, et in Crisphull' ii acras prati, habendas et tenendas eidem fratri Emerico et successoribus suis de ipso Petro et heredibus suis in puram et perpetuam elemosinam, libere et quiete ab omni seculari servicio tota vita predicte Auicie matris ipsius Petri, et post decessum ipsius Auicie predicta virgata terre cum pert. revertetur ad ipsum fratrem Emericum vel ad successores suos, tenendam de ipso Petro et heredibus suis in liberam et puram et perpetuam elemosinam, quietam ab omni servicio seculari, et predicte triginta acre et una terre cum pert. revertentur ad ipsum Petrum vel ad heredes suos quietum [*sic*] de predicto magistro milicie Templi et successoribus suis in perpetuum.

242.

c. 1210–1220. Carta Nicholai filii Rogeri de una acra terre.

[O]mnibus etc. Nicholas filius Rogeri de Bikestrop' salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Hierusalem unam acram terre mee in villa de Tettliswrthe, quam habui de dono Petri Talemacch', cuius acre una dimidia acra iacet ex orientali parte ville de Tetliswrth' in Stomforlong inter terram Iuliane vidue ex una parte et Henrici de Keneswrth' ex altera parte, et alia dimidia acra iacet ex occidentali parte predicte ville in loco ye Cumbe inter terram Henrici de Keneswrth' et Radulphi Iuel, habendam et tenendam prefatis fratribus Templi in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus aliis aysiamentis predicte terre pertinentibus, scilicet in introitibus et exitibus infra villam et extra villam, libere, pacifice et integre, absque omni exaccione et seculari servicio mihi vel

heredibus meis pertinente. Preterea ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, domino Alexandro tunc temporis capellano de Tettliswrth', Radulpho Iuel, Ada Serviente de Thame, Ricardo Pade, Galfrido Gunne, Johanne de Haule, Radulpho filio Ade, Rogero Pade, Waltero le Waleys, Ricardo filio Galfridi, Willelmo le Waleys et multis aliis. *fol.* 63 (*cont.*).

243.

Hasele.[1] *c.* 1220.

Carta Willelmi de Scalebroc de una virgata terre. *fol.* 64.[2]

[S]ciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Scalebrok' dedi etc. Ricardo Folioth pro homagio et servicio suo unam virgatam terre in Hesele, scilicet illam quam Rogerus Syre tenuit, tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel cui eam assignare voluerit, libere et quiete et inconcusse, cum omnibus pert. in pratis, in pascuis, sine ullo retenemento, faciendo inde forinsecum servicium pro omni servicio et exaccione. Preterea concessi ei prenominatum Rogerum Syre cum omni secta sua. Ego [etc. warranty]. Et ut [etc. sealing]. Hiis testibus, Ricardo Pyron, Roberto de Britewell', Roberto Pipard, Willelmo Waz, Petro filio O(liveri), Rogero Blund', Roberto filio suo, Hugone de Fonte et aliis.

244.

[Peter, son of Oliver of Haseley, makes an agreement with Richard Foliot.] 1232.[3]

[S]ciant etc. quod ego Petrus filius Oliveri de Hasele concessi Ricardo Folioth de Werpisgraue coram Martino de Patishulle iusticiario itinerante domini regis, quando idem Ricardus quietum mihi clamavit unam virgatam terre in Hasele quam clamavi versus eundem Ricardum coram eodem iusticiario,[3] quod si ita contingat quod aliquis vel aliqua aliquo tempore versus me vel heredes

[1] Great Haseley, Oxon.: written in red at top of folio.
[2] Fol. 63v. is blank, and unruled.
[3] See *Oxfordshire Fines*, p. 90, No. 69.

fol. 64 (*cont.*). meos clamet unde idem Ricardus aut heredes sui warantiam nobis facere debeant de dicta virgata terre, ego et heredes mei omnem diligenciam nostram et omne posse nostrum et fidele consilium et auxilium nostrum in omnibus ad custum' ipsius Ricardi et heredum suorum eidem Ricardo et heredibus suis plene exhibebimus ad eandem virgatam terre optinendam et defendendam cum eodem Ricardo et heredibus suis contra eosdem clamantes et aliquo iure ipsam terram petentes. In cuius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, Martino de Patishull', Willelmo de Raleye clerico eius, Laurencio abbate de Thame,[1] Galfrido Gibbawin, Willelmo de Scalebroc, Willelmo decano de Hasele, Roberto le Bel, et aliis.

245.

c. 1220. [William de Scalebroc grants a virgate in Haseley.]

[U]niversis etc. Willelmus de Scalebroc salutem. Noverit universitas vestra me concessisse etc. deo et beate Marie et fratribus milicie Templi Salomonis in Anglia unam virgatam terre cum pert. in villa de Hesele, videlicet illam virgatam terre quam Radulphus Athleta aliquando tenuit de Ricardo Foliot, habendam et tenendam inperpetuum predictis fratribus libere et quiete, bene et in pace, de me et heredibus, salvo forinseco servicio domini regis et salvo racionabili relevio mihi et heredibus meis de predicto Radulpho et heredibus suis. Et in huius rei [etc. sealing]. Hiis testibus, Willelmo Wace, Hugone Piron de Cleyore, Petro filio Oliveri, Alano de Middelton', Ada de Langehull', Willelmo de Cleyor', Iohanne Piron, et aliis.

246.

1219.[2] [William de Scalebroc announces to Robert, son of Richard of Brightwell, that he has granted his homage and rent to Richard Foliot.]

[W]illelmus de Scalebroc Roberto filio Ricardi de Britewell' salutem. Sciatis quod ego W. de Scal' dedi

[1] 1225–1232. (V.C.H. *Oxfordshire* II, p. 85.)
[2] See p. 177 *infra*, note 1.

Ricardo Folioth et heredibus suis homagium de vobis et redditum quem debuistis mihi de novem solidis per annum reddere ad duos terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis dimidium et ad festum beate Marie in Marcio aliam medietatem, et totum servicium quod debuistis mihi sine ullo retenemento, vel cui Ricardus Folioth vel heredes sui assignare voluerunt, ad religionem vel alibi, de dimidia virgata terre unde finalis concordia facta fuit in curia domini regis inter nos.[1] Per hoc mitto vobis litteras meas patentes de warantia. Testibus, Ricardo abbate de Dorkecestr',[2] Willelmo Waz, Roberto Pipard, Hugone Piron, Petro filio Oliveri. *fol.* 64 (*cont.*).

[1] See *Oxfordshire Fines* p. 58, No. 36. (11 Feb. 1219).

[2] See V.C.H. *Oxfordshire* II, p. 89, where Richard's dates are given as c. 1223 to 1236.

THE

OXFORDSHIRE RECORD SOCIETY.

(Founded in 1919 for printing documents relating to the History of the County.)

President.

THE RIGHT HON. THE EARL OF MACCLESFIELD.
Chairman of the Oxfordshire County Council.

Vice-Presidents.

His Grace The Duke of Marlborough.
The Right Rev. The Lord Bishop of Oxford, D.D.
The Right Hon. Lord Tweedsmuir, G.C.M.G., C.H.
The Right Hon. Lord Wyfold.
The Right Hon. H. A. L. Fisher, P.C., M.A., F.S.A.
V. H. Smith, Esq., *Lord Lieutenant of Oxfordshire.*
The Provost of Queen's College.
The President of Trinity College.
J. C. Bull, Esq.
Rev. F. N. Davis, M.A., B.Litt.
W. M. Goodenough, Esq.
A. G. Little, Esq., D.Litt., F.B.A.
T. Loveday, Esq., LL.D.
A. E. Preston, Esq., F.S.A., J.P.

The Council, 1937-1938.

Rev. H. E. Salter, D.Litt., M.A., F.B.A., *Fellow of Magdalen College,* (Chairman).
G. Baskerville, Esq., M.A., F.R.Hist.S.
G. F. H. Berkeley, Esq., F.R.Hist.S.
Rev. C. C. Brookes, M.A.
Miss C. V. Butler, M.A., *Society of Oxford Home Students.*
Sir Edmund Chambers, K.B.E., F.B.A.
Miss M. Coate, M.A., F.R.Hist.S., *Tutor, Lady Margaret Hall.*
T. Cottrell-Dormer, Esq., J.P.
Canon Dams, M.A., *Rector of Henley-on-Thames.*
Strickland Gibson, Esq., M.A., F.R.Hist.S., *Keeper of the University Archives.*
Miss Rose Graham, D.Litt., M.A., F.S.A., F.R.Hist.S., *General Editor, Canterbury and York Society.*
Rev. Dr. Jenkins, D.D., F.S.A., *Regius Professor of Ecclesiastical History.*
L. G. Wickham Legg, Esq., M.A., F.S.A., F.R.Hist.S., *Fellow of New College.*
R. Lennard, Esq., M.A., F.R.Hist.S., *Fellow of Wadham College.*
F. M. Powicke, Esq., M.A., D.Litt., F.B.A., *Regius Professor of Modern History.*
Rev. A. J. Whyte, D.Litt., M.A.

Hon. Treasurer.

CYRIL W. HURST, ESQ.,
47, Oxford Road, Banbury.

Hon. Secretary and General Editor.

I. G. PHILIP, ESQ., M.A.,
356, Woodstock Road, Oxford.

The Annual Subscription of Half-a-guinea is due on January 1st in each year, and may be sent to the Hon. Secretary, or paid by Banker's Order to the Society's Bankers, Barclay's Bank, High Street, Oxford.

Members of the Society are asked to make its work known and to obtain new subscribers.

All communications respecting the Society should be addressed to the Hon. Secretary, 356, Woodstock Road, Oxford.

RULES OF THE SOCIETY.

I.—The Society shall be called THE OXFORDSHIRE RECORD SOCIETY.

II.—The object of the Society shall be to print and distribute to subscribers such documents relating to the history of the County of Oxford as have not been previously edited; to print other material relating to the history of the County; and to endeavour to give advice and assistance to custodians of historical records for the care and preservation of such records.

III.—The Annual Subscription shall be half-a-guinea payable in advance on the first of January. The annual subscription may be commuted for a single subscription of seven guineas. After 200 members have joined the Society an entrance fee of five shillings may be charged.

IV.—Each member of the Society, having paid his or her subscription, shall be entitled to a copy of every work produced by the Society, and to vote at the general meetings held within the period subscribed for.

V.—The Management of the Society shall be vested in a Council consisting of not less than six, nor more than twenty ordinary members, together with the President, Hon. Treasurer, Hon. Secretary and Hon. General Editor, as ex-officio members, all to be elected at the Annual General Meeting. An editorial sub-committee of the Council shall assist the Hon. General Editor. Vacancies occurring between the general meetings may be filled by the Council itself.

VI.—A General Meeting of subscribers shall be held annually in Oxford to receive the Hon. Secretary's report of the work of the Society, and the Hon. Treasurer's financial statement; to elect officers for the ensuing year; and to transact the business of the Society generally. Notice of any other business to be brought forward shall be given to the Hon. Secretary in the course of the preceding December. A special general meeting may be held at any time by direction of the Council, or on request of not less than ten members of the Society in writing.

VII.—The Council shall meet at least once in every year, and at such times as may be deemed necessary by itself. Three members, excluding the Hon. Treasurer, Hon. Secretary and Hon. General Editor, shall form a quorum.

OXFORDSHIRE RECORD SOCIETY.

VOLUMES ALREADY ISSUED.

1919.

I. *Chantry Certificates and Edwardian Inventories of Church Goods.* Edited by MISS ROSE GRAHAM, D.Litt., M.A., F.S.A., F.R.Hist.S.

1920.

II. *Parochial Collections of Anthony Wood and Richard Rawlinson (Part I).* Edited by REV. F. N. DAVIS, M.A., B.Litt.

1921.

III. *Charters of Newington Longeville Priory.* Edited by REV. H. E. SALTER, D.Litt., M.A., F.B.A., Fellow of Magdalen College.

1922.

IV. *Parochial Collections (Part II).*

1923.

V. *A History of Glympton.* By Canon Bartnett, M.A.

1924.

VI. *Churchwardens' Accounts of Marston, Spelsbury and Pyrton.* Edited by REV. F. W. WEAVER, M.A., F.S.A., and G. N. CLARK, M.A., Fellow of Oriel College.

1925.

VII. *The Early History of Mapledurham.* By REV. A. H. COOKE, M.A., Sc.D.

1926.

VIII. *Adderbury Rectoria.* By T. F. HOBSON, M.A., F.S.A.

1927.

IX. *Manors and Advowson of Great Rollright.* By R. W. JEFFERY, M.A., F.S.A., F.R.Hist.S., Fellow of Brasenose College.

1928.

X. *Churchwardens' Presentments in the Oxfordshire Peculiars of Dorchester, Thame and Banbury.* Edited by S. A. PEYTON, Phil.D., Librarian, The University, Reading.

1929.

XI. *Parochial Collections (Part III).*

1930.

XII. *Feet of Fines, Oxfordshire (Part I).* By REV. H. E. SALTER, D.Litt., M.A., F.B.A., Fellow of Magdalen College.

1931.

XIII. *Charters of Goring (Part I).* Edited and Transcribed by T. R. GAMBIER-PARRY, M.A., F.R.Hist.S., Keeper of the Oriental Department, Bodleian Library.

1932.

XIV. *Charters of Goring (Part II).*

1933.

XV. *Saxon Oxfordshire. Charters and Ancient Highways.* Edited and Transcribed by G. B. GRUNDY, D.Litt., M.A., Hon. Fellow of Corpus Christi College.

1934.

XVI. *Oxfordshire Justices of the Peace in the Seventeenth Century.* By MARY STURGE GRETTON (MRS. R. H. Gretton).

1935.

XVII. *History of Dean and Chalford.* By M. D. LOBEL, M.A.

1936.

XVIII. *Eynsham under the Monks.* By SIR EDMUND CHAMBERS, K.B.E., F.B.A.

Members who desire to complete their sets of the publications should make application to the Hon. Treasurer. Binding cases for any of the above volumes can be obtained from the Hon. Secretary.

IN PREPARATION.

Tusmore Papers. Edited by L. G. WICKHAM LEGG, M.A., F.S.A., F.R.Hist.S., Fellow of New College.

Hearth Tax Returns, Oxfordshire, 17th century. Edited by MISS M. WEINSTOCK, M.A.

Oxfordshire Wills. Edited by J. H. R. WEAVER, M.A., F.S.A., Fellow of Trinity College.

Henley Corporation Documents. Edited by MISS P. M. BRIERS, B.Litt.